



1. Anton f. Pauli, Veritas Christianae Religionis, Halle, 1718.
2. ————— diff. de Insigni Harmonia Fidei que iustificat, et Fidei quatenus justificare dicitur, Halle, 1723.
3. Barth f. ioh. Henr. f. diff. de Docta in theologia Ignorantia, Argentorati, 1717.
4. Baumgarther f. Sigism. jac. f. diff. de Limitibus in concilianda Rationi Doctrina revelata observandis, Halle 1724.

22

בָּשֵׂם הַקָּדוֹשָׁה

Exercitatio
TALMUDICO-THEOLOGICA,
DE
PASCHATE

ipsiusque præcipuis ritibus
a Judæis observatis,

Quam

PRÆSIDE
VIRO

Plurimum Reverendo, Doctissimo ac Celeberrimo
DOMINO

JOHANNE HAVIGHORSTIO,
S.S. Theologiae Professore Extraordinario,
Eloquentiae verò ordinario,
Bibliothecario & Pædagogearcha,

Publice ventilandam exhibet

Responsurus Auctor

F R A N C I S C U S S M I T ,

Bremensis.

Ad diem Mercurii, XII. Maji M DCC XVII.

H. L. Q. S.

B R E M Æ ,
Typis HERMANNI BRAUERI, Illustris Gymnasi Typogr.

VIR O
Perillustri, Excellentissimo, Generosissimo
DOMINO

JOHANNI MAURITIO

Libero Baroni
de
DONOP,

Illustrissimi ac Celsissimi Comitis ac Domini,

Dn. FRIDERICI ADOLPHI,
Comitis Regentis in Lippia &c. &c.

Domini sui Clementissimi,
Dicasterii Aulici Prætori gravissimo,
Stemmatum antiqua propagine nobilissimo,
Qui Argi instar,
Clementissimi sui Domini Commodo invigilans,
Injusta vi oppressos gratiosè elevat,
Injustos fastu tumentes constanter deprimit;
Me verò totum,

Summa benevolentia Generosaque beneficentia
& favore singulari
devinctum sibi perpetuo tenet;

T I M I T H .
studii mei Theologici primitas, meq; totum,
eà, quā par est, animi submissione,
D. D. C.

Perillustris ac Generosae Excellentiae Ipsius
Cliens devotissimus

F. Smit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:hbv:3:1-255780-p0004-2

ut S,
VIRIS

*Nobilissimis, Amplissimis, admodum Reverendis, Cla-
rissimis, Dodissimis, Prudentissimisque
DOMINO*

HERMANNO BACKER,

*Senatori Reipublicæ nostræ meritissimo,
Magnario florentissimo, Patruo suo omni
observantiae cultu enixè prose-
quendo.*

DOMINO

THEODORO HASÆO,

*S.S. Theologiæ Doctori meritissimo, Myste-
riorum Divinorum in Æde B. Virginis Interpreti
disertissimo, Fautori suo multis nomi-
nibus devenerando,*

DOMINO

CASPARO SCHUMBART,

*Senatori ordinis Viro gravissimo, Magna-
rio felicissimo, Cognato suo jugi obsequio
colendo.*

DOMINO

JOHANNI NONNEN,

*Patriæ itidem amantissimæ Senatori
dignissimo, Magnario famigeratissimo,
Cognato suo astutissimo,*

DOMI-

DOMINO
FRIDERICO ADOLPHO
LAMPIO,

ad Ædem D. Stephani Verbi Divini
Præconi facundissimo,
Auctori & ductori studiorum suorum,
certissimo, fidissimo;
Cognato suo Patris loco æternum
colendo.

VIRIS

denique
Specatissimis, Prudentissimisque

Dn. ADRIANO DREYER,
Dn. HENRICO ELKING,
Dn. MELCHIORI BACKER,
Dn. DIONYSIO SCHOMBART,

Mercatoribus Reipubl. Patriæ florentissimis,
Ayunculis Cognatisque suis ad rogum
usque colendis

*Has proprii sui Laboris qualescunque primitias,
debitâ animi observantia in signum grati ani-
mi & ulteriorem sui commendationem
offert*

Franciscus Smit.



PRÆLOQUIUM.

Benigne Lector!

*S*I seniori paululum mentis abstractione, clariss. quondam
Iudeorum magistri, Simeonis, filii magni Gamalielis, pro-
verbium, mecum pervalvo, כָּל יְמִי גָּדוֹת בֵּין הַחֲכִים וְבֵין
מצחטי לְגֹנֶף טוֹב אֶלָּא שְׁתוֹקָה Omni ætatis meæ tempore
consenui in conversatione sapientum, & nil melius inveni
nisi, Silentium Massech. Abbot. Cap. I. §. 17. Si hoc, inquam,
aureum certe dictum, mecum examino, magno sanè moveor
terrore; quænam audacia, meum excitaverit animum, ut
publicè quid proferrem, in conspectum seculi nostri eruditissi-
mi: ubi quisquis, quolibet etiam astro, sapientia scilicet, per-
cussus, judicium suum ita fert, ac si de plaustro loqueretur.
Fateor, nobile imo regium quid esse, si unumquodque mem-
brum, Reipublicæ literarie veritatem, libere defendere, &
subdolis veritatis adulatoribus, libere larvam detrahere pos-
sit. Sed, hem! si quis falso φιλανθρωπίᾳ, seu livoris laborat
prejudicio, atque his sollicitantibus censoribus, consueto car-
pendi pruritu, in cuiuscunque laborem criticam immittat fal-
cem, quid? mi lector! Aune tum miserrimis nævis mon-
stroisque maculis ingenuam & candidam veritatis obfuscā-
bit imaginem. Et maximopere dolendum est, hancce insa-
nam opinionem, tam altas egisse radices, ut omnia sua dicta,
omnia judicia, omnesque cogitationes in puram putam veri-

A

tatem.

tem trabant: accidit his quod quondam Midæ, cui cuncta que
arripiebat siebant aurum. Hi Heroes prius quam in scenam
prodibam, metu cor meum affligeant; Quippe tanta erat
gravitas in oculo, tanta frontis contratio, ut supercilium tan-
quam Hercules quisque nisi videretur; sed cum propius acce-
derem non erant Dii fictitii, verum homines ac ceteri. Ita-
que suggerebat mibi Pindarus: ἀμφὶ δὲ αὐθέατον φρεσὶν αὐ-
τωλακίᾳς αὐτοῖς αἴρεαντας. Circa hominum mentes er-
rores innumeri pendunt; Hinc concludebam impossibile esse
omnia talium hominum facta, & verba ab ipso Veritatis ore
profluere posse. Ideo crescebat mibi animus filium propositi
mei pertexere; attamen memor Simeonis proverbii, ne multa
proferrem, & pauca probarem. Nam id mibi negotii dedi,
quilibet propriis Hebreorum verbis obsignare, quod,
benigne lector, non ingenii mei dotibus, sed saltē aliquālī
colligendi opere, adscribas, peto. Scio equidem multos cla-
rissimos viros in hoc explicandi genere desudasse, Buxtorfum,
scilicet Frischmuthium, Dassovium, Smidium &c. quorum di-
ligentia multam mibi attulit lucem, sed quantam, tu ipse
experiere, si nostram dissertationculam cum ipsorum labore
recta rationis lance expendas. Postremum, mi lector, quis-
quis es, si accedas cum infenso in me animo ad has perlustran-
das pagellas, quo objectum caperes, sugillationi tuae inserviens;
scias, me didicisse Silentium. Si vero modeste me argueris a-
licuius hallucinationis, senties, quod probe sciam me esse
hominem, adeoque nil humani à me alienum. Vale.

Sectio

Sectio

Sectio I.

Gum de Paschate simus dicturi, necesse est, ut prius ostendamus de quonam paschatis genere acturi simus. Notum enim est, per tres vices celebrationem paschatis fuisse mutatam. Primam instituit D. T. O. M. Judaeis jamjam ex Aegypto occupatis Exod. XII. cuius differentiam cum illo, de quo nos instituimus paucis differere, vide in Tract. Talmudico Pesachim Cap. IX. §. 5. vocatur vulgo פֶּשַׁח מִצְרָיִם Pascha Agyptiacum. Verum, quum ab hoc paschate diversis actionibus, ob locorum & temporum circumstantias, idem illud Festum dein in Judaea celebrarint, ut patet, ex Ex. XII. & Deut. XVI., nominant illud פֶּשַׁח רֹאשׁ Pascha generationum, procul dubio a Phrasii illa ex Exod. XII. 14. & 17. defumta. Observabitis illum diem דָּרוֹרוֹצִיכְם per generations vestras. Cujus solennitas tantum in urbe Hierosolyma peragebatur, Deut. XVI. 5. videtur & Abarbanel in legem f. 362. adeoque eversa e cum Templo nullibi habet locum; quoniam hoc modo, sinistrum fatum Judaeis eripuit necessarios, ad mactandum pascha, ritus; Hinc est, quod hodierni Judaei sub dominio gentium viventes non celebrent פֶּשַׁח דָּרוֹת. Sed tantum, quae tertia varietas est, in memoriam ipsius signa quedam apponunt in mensa, veluti est. אֲפִיקוֹמֵן Apicom, Placenta, in memoriam agnii paschalis, sicuti ait R. Mardochai Pulcher in Levusch Hachor, אֲפִיקוֹמֵן הָאָזֶן וְכָרְלַפְּסָחָן Apicom, est memoriale Agni Paschatis, & Maimonides in Hilcos chamez umazza, hoc quoque affirmit, ubi Aphicomen, vocat seu placentam. Tunc in memoriam רְגִגָּה, seu sacrificii festi inferunt mensæ carnem assam, de qua re vide Buxtorfi Synagogam Judaicam. De altera specie offerendi Pascha, seu פֶּשַׁח דָּרוֹת, proposui mihi VETERUM RABBINORUM OBSERVATIONES colligere; Ordinis gratia dispescui totam dissertationem in duas sectiones. Altera de ritibus ante accubitum ad mensam observatis, altera de ritibus inter ejam confuetis aget.

A 2

Sectio

Sectionis I. Caput I.

Contenta.

De ritibus ante accubitum observatis.

Recenset §. 1. Tempus generale, ubi נִסְן qualis mensis. Pascha pellit sabbatum, Saducei non celebrant Pascha in sabbatho. §. 2. Tempus speciale. Quid בְּרִית הָעָרָבִים? Dissensio de his vocibus inter Karoos & Hillelis discipulos. Quid Mincha? Quid Arabum, נַעֲשֵׂה? An Pascha ante sacrificium juge mactatum? Assatio paschatis non pellit sabbatum.

§. I.

Dies solennitati Paschatis destinatus erat decimus quartus primi mensis in anno, quem S. S. Deut. XVI. i. אֶבְיוֹן Abib, hoc est mensem spicarum vocat. Alias & vulgariter נִסְן audit, sic Joel, II. ¶. 23. in primo (mense) extat, ubi Targum ait in mense Nisan. Et Rabbi Jacob ben Ascher ad Exod. XII. cap. ¶. 2. דָּרוּיָנוּ רָאשֵׁן הַחְדָּשׁ, hic mensis vobis sit principium mensium, inquit, קָרְבָּן רָאשֵׁן הַשָּׁנָה דָּרוֹא נִסְן, hoc est, sit vobis hic mensis primus omnium mensium anni, qualis est Nisan. Sic quoque Iom Tob. ad. Pesach. cap. IX. §. 6. אַזְרָעָה עָשָׂר בְּנִיסְן דָּרוּיָנוּ אֶחָר זָמָן קָרְבָּן פָּסָח Post 14. diem in Nisan, hoc est, post oblationem paschatis. Abarbanel ad XII. cap. Exod. ait esse nomen Syriacum, vide Frisch. dissert. de Agno Paschali. Hic dies, quando in sabbathum incidebat, pellebat ipsum. Hoc Abrahams de Bartenora probat ad Mishnam I. Ca. VI. Pesachim. פָּסָח דָּרוֹחָה אֶת הַשְׁבָתָה נִסְן וְנִזְרָק מִשְׁעָדוֹ בְּתִמְרָרָה: מִה מְעוֹדוֹ הָאָמָר רָוּחָה אֶת הַשְׁבָתָה בְּפָסָח: שנאמר על עולות התמיר: אֲלֵה מְעוֹדוֹ הָאָמָר בְּפָסָח דָּרוֹחָה אֶת הַשְׁבָתָה Pascha pellit Sabbathum, nam dicitur de Paschate (Num. IX. 2.) מְעוֹדוֹ (Num. XXVIII. 2.) מְעוֹדוֹ, de quo autem dicitur de sacrificio jugi (Num. XXVIII. 2.) מְעוֹדוֹ, de quo autem dicit propellit Schabbatum sicut dictum est (Num. XXVIII. vs. 10.) de holocausto jugi, sic quoque מְעוֹדוֹ quando dicit de Paschate pellit Sabbathum; Ista autem Mischna hoc tantum dicit, de Mediatione, sparitione sanguinis, purificatione intestinorum, & combustione adipum agni paschalidis. Non vero de astillatione & abstersione intestinorum ipsius. Nam haec commode post occasum solis, die sabbathi absolvere quilibet poterat. Vide sequentem Mischnam ubi ulterius in-

ter

ter se nimis curiose disputant, & Gemaram Pesachim 33. fol. i.
pag. & 66. fol. i. Sadducæi, si 14. dies Mensis Nisan incideret in
schabbathum, non illo die pascha celebrabant; Quod docet R. Je-
buda Haobel f. Rabb. Elie Hadassi Karaeus, in libro suo metricè scripto
אשכול הקופר, à Mardochæo, de Karaeis citato pag. 21. editionis
Celeberr. Wolfii, כי עשו הפסח ביום שפט עשרה ביום השבת כי
יום הפסח נטמן Pascha & octavum diem Azereth nunquam celebrant.
(Sadducæi) die sabbathi, sed die profesto. Illustrum & notabilem
merito dicit Clariss. Wolfius hunc locum; Et ideo illum adduxi,
quoniam, si veritati ipsius succurrere liceret aliis Judæorum scri-
ptis, tum fortassis dies quo Salvator noster comedit pascha certior
esset reddendus.

§. 2. Sequitur tempus speciale mactationis Paschatis, diei
14. Nisan. Solebant jugulare agnum, ex Exod. XII, 6.
between the two evenings. Ben Betera, tempus illud explanando, ab
omnibus Judaeis dissentit: verba ipsius ita exponuntur in Gemara
ר אלעור מכשיר והוא בן בתיורא בפסח ששהטו Babylonica fol. 10g.
שחורית בערבה עשר: לשמו: ומצחרא זמן פסחא הוא רוכלי ומוא
חו לפסחא רסבר בין העربים: בין ערב רא והמול לערב וחטא
Rabbi Eliezer dixit, filium Betera & judicasse optime fore successorum: ut
Pascha mactaretur, tempore matutino, diei decimi quarti, in nomine agni Pa-
schalis; ab hinc et ulterius est tempus Paschatis, quia totus dies ipsi desi-
natus: Ille enim pro certo affirmabat, inter duas vespertas esse temporis illud
spatum inter festernam & hodiernam vesporam. Sed hoc Gemaristæ
simpliciter negarunt. Propius accessit R. Salomon Jarchi com-
mentator ad locum Exodi: משש שעות ומעלה קרוין העARBIM: ולוון בין העARBIM נראה בעני
שהמש נוות לבית מביאו לעורוב: ואלון בין העARBIM נראה בעני
אתון שעות שבין ערובת דום לרובת הלהה: ערובת חי' בתקלה
שבעה שעות: מכי יונטו צלי ערב וע' חל' בתקלה והלורה:
Hoc est à sexta hora & sequens (tempus) vocatur inter duas vespertas; quando sol inclinando deorsum, efficit ut vesperascat. Meo autem iudicio
proprie significat, inter duas vespertas, illud tempus, quod est inter vesporam
diei & vesporam noctis: Vespera autem diei impletum ab initio horæ septime
quando extenditur umbra vesperæ. Vespera noctis incipit ab initio noctis.
Vide Lexicon Magni Cocceji, in voce עבר, Maimonidem in
tract;

tract: **תמייר** cap. I. Baal Aruch. in **פלג**. Et quanquam plurimi subscriptibant sententiæ R. Sal. Jarchi, nihilominus tamen magnum ideo exarsit bellum inter Karæos & Hillelis discipulos, meminit ipsius * Elias Beschitz Byzantinus, in libro **אורות**, Capite IX. Triglan-dus de sectis Karraeorum hunc locum quoque citat, ולכן נחרקן לשתי גזרות תורת: התורה האחת וט חכמי חרדים שאומרים שהפסח היה נשחט אחר שקיעת השמש שיקרא הום ההוא בין הערכים: והتورה השנית הם ב'ה שאמרו שבין הערכים הוא משעת נתוט השמש לפאה מערב משש שעה וממחצית מערבין מרבבוק וככל' Et propterea sciissi sunt sapientes Israelis in duas confessio-nes magnas. Una confessio erant sapientes Karæorum, dicentes, quod Pa-scha matandum sit post occasum solis; quoniam hoc tempus est, quod proprie-vocatur inter duas vesperas. Confessio secunda erat Beth Hillelis, statuens quod inter duas vesperas, sit à tempore, quo sol inclinat adlatius occidentis, id est à sexta hora ו dimidia, si diem numeres ab ortu &c. Hoc tem-pus Judæi plerumque appellant; Pesac, Cap. X. §. 1. Mi-rantur Thosephot in ultimo capite Pesachin. pag. 117. quare ve-spertinum illud tempus vocetur Mincha? **ראי מושט רמנוחה** fortasse idcirco, **היתה קרייה בין הערכים הרא גם בשאר קרובין** quod munus oblatum fuerit inter duas vesperas? Nonne ו in matutino tem-pore munera offerebantur? Ratio est quoniam grata & accepta est illa hora qua vespertinum munus offertur, nam **Elie responsum da-tum**

* Hic Elias Beschitz fuit filius Mose ben Menachem vixit CPoli XV Se-culo inclinante, scripsit CPoli librum אדרת אלrido à Cudworts, Selden ו Cl. Meyero in Seder Olam crebro citatum; Mardonius pag. 147. ait ו Horozot hallo על הוותר סמכים על חרוצתו בעניני השבת וימים טובים ענן הערות וקדושים ההוויש Et homines hic locorum (in urbe Croissi Ostro, provincia Lemberg.) viventes, plerumque ejus decisionem sequuntur in argumentis, quæ ad Sabbathum, dies festos, rationem incestuum & Novilunia ce-lebranda spectant. Ceterum observavit in notis ad cap. IX. Cl. Wöl-fius, hujus libri unicum tantum fuisse in Lithuania exemplar Troce, ad quod recurrebant ex aliis synagogis, cum in rebus dubiis questio ori-retur, vid. ipsius Bibl. Hebr. §. 237.

(7)

כָּלֹתָה המנְחָה נִעַנְדָּה אֶל-יְהוָה est, cum ascenderet ad oculum oblationis vespertina. Ideo vespertinum illud tempus מִנְחָה מִזְבֵּחַ non mine insignitur. Rambam etiam exemplis probavit, Tempus autem neutiquam מנחה vocari, sed semper cum apposito verbo בָּקָר. Vide ipsius commentarium in Mosis Exod. Caput XII. Vel quoque Joni Tob. notas ad Berachot Cap. IV. §. i. Mincham eodem modo explicat Arabs quidam ac Raschi & alii Rabbini tempus בין הערכיהם inter duas vesperas. Est ille Arabs commentator ad Liturgiam Iudeorum Alexandrinorum M. S. quam ex Oriente transmisit Clar. Robertus Huntington. Hic exponit הפלת מנחה Arabice صلاة العشاء SA LATO-L, ISCHAON, precationem vespere. Et quid proprie intelligit per L, ISCHAON, sic ulterius declarat Hebraicis ו/or אלעשא אלדי הארץ פה הרה אלצלהו מן וקთ יתבי literis זואל אלשם ודו כן נצח אלאכיד מן אלסאנע ואלי מוב אלשם Spatiu[m] te five temporis quo preces he[re] peraguntur, est à tempore, quo conspicua est solis declinatio, nempe ab ultima semiisse horæ septima ad usque occasum solis, vide Clar. Guisii notas ac Tract. Berachot. Cap. 4. §. i. editionis Celeberrimi Surenhusii. Consentit cum commentatore nostro * Gieubarisi, in Lexico suo Arabico, in radice عشا; sed etiam addit aliquando sumi pro tempore à solis occasu ad primam noctis vigiliam. Hinc vulgare est عشي لمس ASIJA EM SIN, Heri vespri. Golii Lexicon vide in voce. Sic quoque duplice gaudet de notatione temporis vespertini מנחה קטנה, nam aliud est מנחה גדולה Mincha magna, aliud est Mincha parva. Magna statim incipit elapsa semihora septima post meridiem ad semihoram post nonam; Parva eam sequitur ad horæ dodrantes post decimam, usque ad occasum solis in Hilcos Thephilla 3.

§. 23.

* Proprium ipsius nomen fuit Ismael Abunasas filius Hammadi, in Mesopotamia & Syria vixit, postea in Chorasan, ubi & edidit, anno Hegire 300. dictionarium Arabicum locupletissimum & eruditissimum, in quo 5500. radices cum suis derivatis accuratissime explicantur: scriptum exemplar in fol. duobus volum. cum vocalibus omnibus possedit Cl. Erpenium. Vide pluribus de hoc Lexico, Hotting. Bibl. Orientalem p. 260. & in appendice 24. Pocokium in Specimine Hist. Arab. ed. Oxon, pag. 364.

§. 23. ita loquitur Rambam & vide ipsum in notis ad Berachot IV.
 Cap. 6. 1. Sunt etiam quidam, qui בין הערכיהם, illam diei partem explicant, quam Maimonides מנחה קטנה vocat adeoque in castro Karæorum penè abeunt, inter quos & Josephus recensetur lib. VII. cap. 17. vide etiam Byneum de Christo crucifixo VI. parte. Verum Traditiones Rabbinorum docent, quod non fallatur is qui serviet cuiilibet etiam harum hypothesum. Quippe ob magnam familiarum multitudinem sermè impossibile erat טעם רב שמי בשי' שעת נחאת שיקרבו כל ישראל quod omnis Israel agnos suos per duas horas offerre potuisset, uti Rambam ait in Cap. 5. de Tamid. Quapropter præparabant antiquitus (si necesse erat,) sua Paschata ab hora sexta usque ad stellarum ortum; Præsertim cum Paschatis vespera incideret in Sabbathum, tum תמר נחאת בשבעה Sacrificium juge mañtabatur sexta & media & offerebatur septima, Pesachim Cap. V. Misna 1. Huic sacrificio aliquando tempus ante capiebat mañtatio paschatis, citato capite Misna 3. תמר קורם, להמיר כשר * quod mañtaverit ante sacrificium juge rectum est. Et §. 10, Capitis V. Pesachim extat, tamdiu in templo permanisse Judæos usque ad חשכה Tenebras. Ergo à sexta usque ad tenebras mañtando agnos paschales occupati fuerunt aliquando Judæi. Vide quoque Celeberrimum Relandum in antiquitatibus Juda, Part. III. Cap. VI. §. 16. Clar, Ezardum ad Berachot. p. 255. Avoda Sara ad cap. II. vs. 33.

Sect. I. Cap. II.

Contenta.

De Personis ante accubitum.

§. 1. Maturè prospiciebant sibi de collegio; §. 2. Quot membra erant in collegio? §. 3. Qualia? ubi de כומר, הוושב, שביר ערך. §. 4. An

¶ pol-

* Nota hic vocem שארש: nam ego probe scio non fuisse pascha oblatum ante sacrificium juge, sed tantum mañtatum. Gemara Pesach. ait fol. 58. p. 1. ¶ sacrificium juge præcedit sacrificium agni Paschalis; sed hoc de oblatione intelligendum, Gemara assentitur Michna 3. Cap. V. Pesach. quam vide, si lubet.

๔ (๖)

¶ pollutus Israëli imbat collegium? totus catus pellebat immundiciem, sed tantum propter mortuum; §. 5. An lugens ederit Pascha? Quis אָנוּ? §. 6. Que sanctitas festi? §. 7. An ¶ nocte Paschatis Iudei sibi Thephillin ¶ Zizith induerint? negatur.

§. 1.

Cum quilibet Judæorum sciret XIV. diem primi mensis fuisse destinatum, ut nempe Ipsi ex mente Tannæorum ל'עלם הנשים הדרולים שעשה לה' חס' ביציאת מצרים Memores essent in eternum, miraculorum magnorum, qua fecit eis Deus Bened. cum exirent Ægypto; Hott. leg. Hebr. Sect. IV. §. 6. Necesse erat mature proplicere de Collegio, nam, quoniam non comeddi debuerat, nisi annumeratis ejus Exod. XII. 4. ideo, factum fuit ut unusquisque maturè ¶ diligenter sibi de eo proficeret, neque vel in amico vel propinquo suo, vel alio quopiam confideret, atque ita negligentes hac in parte fierent, sunt verba Maimonidis perita ex More Nevochim Part. III. cap. 46. vertente Cl. Buxtorfio.

§. 2. Quodcumque collegium, ex tot membris colligebatur quot sufficiebant ad totum agnum consumendum. Ex mente S.S. ita loquitur Philo Judæus in libr. de rerum divinarum Hæresi: Ἐὰν δὲ τοις ὅτι τῇ ὁμίᾳ, ὡσε μὴ τακτὸς εἴναι εἰς τὸ πρόβατον, τὸν πλησίον γένους πρόσωπον κατ' αὐλικὸν Φυχῶν, ἵνα εἴασθε τὸ αἷμα ἀνταύτου τοις μητρὶς, μολεκαλί, ἵνα εἴσῃ, επαύξασθε τὸ φρέατον χρεῖον εὐεσθύμενοι. Si pauci fuerint in domo, adeo ut non possint absumere, assumatur vicinus proximus, pro animarum numero, ut supputatione facta cedat unicuique sua portio, quā ¶ dignus est ¶ indigit. pag. m. 396. fol. edit. Colon. Allob. Josephus idcirco observat consuetum Judæis extitisse numerum, scilicet non pauciorum, quam decem virorum singula instructa fuisse contubernia; non item certis cancellis includit quo necessario requiebantur, cum ultra decem assurgeret collegium; sed solummodo dicit multos & vicenos convenisse, in lib. VII. cap. 17. de bello Judaico. Josephi sententiae subscriptur in Echat. Rabbati fol. 59. pag. 1.2. latine: Non autem erat agnus quivis paschalis, ad quem non numerabantur, plures quam decem persone. Rabbi Chaja ait, quadraginta, imo quinquaginta. Hinc credimus quodlibet confortium tali valuisse numero, qualis ad consumendum totum agnum fuerat necessarius.

B.

Vide

Vide Lighthfooti Horas Talmudicas, Maimonidem de Sacrificio Paschali,
Cap. VII. §. 6. Lundium Cap. XIII. libri V.

§. 3. Nullos vero nisi ingenuos Israelitas in sua admittebant collegia Exod. XII. vs. 42. Exclusis מומר apostata, vs. 42, ejusdem Cap. Inquilio שוכר mercenario vs. 45. & ערך præputiato. מומר est idem ac נכר. Caufam quare vocetur מומר videbis ap. Onkelosium & in Horajoth f. II. p. I. Arcetur autem à cibatione paschatis quoniam אין ראי שנאכל פננו למי שהואerek מה שיצא מן הכלל וכבר Non decet ut de eo (signo tam miraculo) illum apostatam, eibemus qui in contrarium natus, egressus est universitate, fidemque abnegavit, vid. Hott. Leges Hebr. sect. IV. §. 17. אדם מן האומות ist הרושב. Homo ex gentibus qui in se suscipit, se non transgressurum, edit autem morticinia secundum R. Levi. ג' ר' שמיל ר' טבר' est secundum ipsum R. Levi ille peregrinus qui circumcisus est sed nondum baptizatus. Hi ambo ideo arcentur שלא ידנו בו רק אותם שהשלימו באומנה: וזה ראו: ישראלים: ולי אלו שעדרין לא בא כבודה שלם עמנו: Quoniam conveniens est, ne qui alii voluptatem inde percipient, nisi qui perfecti fuerint fide, nempe Israelite perfecti; non autem illi qui nondum recepti sunt in fœdus perfectum nobiscum; de quibus consule citato loco Cl. Hotting. Sequitur ערך Nullus (Exod. XII. vs. 48.) ערך edito de Paschate, inquit Deus. Præceptum hoc transcripsere doctores Mischnici in Mischn. 3. cap. V. per non stricte intelligunt præputiatos, sed explicante Obad. Bartenora שמות אחיהם מוחמת מילה והכי בסולים לא יכול Pasch Israelitas, quorum fratres mortui erant propter circumcisionem & ideo sunt (isti propterea incircumsci) illegitimi ad edendum pascha. RAMBAM ex mente החרמים addit rationem in More Nevochim Part. III. cap. 46. Ipsi intermisserunt præceptum circumcisionis, cum prolongaretur commoratio ipsorum in Aegypto, ut similes fierent Aegyptiis. Ideo cum injunctum fuerit robis præceptum paschatis; hanc ei conditionem edidit Deus, ut nemo illud mactaret, nisi postquam seipsum, suos filios & domesticos circumcidisset, atque ita tum deum accederet ad agnum paschalem comedendum, &c.

§. 4. Nullus Israelita collegium paschale inire audebat, nisi esset mundus. Nam שחוט לטמאום פסח quodcumque manaverit pro POLLUTIS, profanum est, ratio est, quoniam טמאים נמי

๖๖ (ii)

נמי אסורין בקדושים ובכורת הן על אכילה
*immundis sunt interdictæ sanctitatis, ut excisioni condemnati, si comederint, ut Mischna 3.
 cap. V. habet: Num IX. ideo instituit Deus Pascha. Sed hoc
 Iudei tantum de unica persona affirmant; si vero maxima pars cu.
 iusdam conventus fuerit immunda, tum comeditur pascha.*
 נאכל
 בtomachah שלא בא מתחולתו אלא לאכילה
*in immundicie, quia ab initio veniebat, ut comedetur, Mischna 4. cap. VII. Hoc cum
 paululum obscurum, quid vetat, quo minus apponam declaratio
 nes Bartenoræ? רוחה את הטומאה דילפנין מפני
 דכתיב במערו: ורוחה את הטומאה כשרוב הקROL טמאים: רחמי
 אמרינו איש כי יהוה טמא וכו' יחויר נרוחה ואין צבור נרוחן:
 ובקרבתנות צבור בתוכ: אלא תשוע לה" במווערכם כמו שנאמר
 בפסח במערו: Sacrificium cœtus pellit immundiciem, uti discimus è pa
 schate sicuti scriptum est (Num. IX. 2.) TEMPORE CERTO,
 pellit immundiciem, quando maxima pars congregationis est IMMUN
 DA, sicuti dictum est (Num. IX. 10.) SI QUIIS ERIT POLLUTUS &c.
 UNICUS PELLITUR, SED NON PELLITUR COETUS. De Sa
 crificiis cœtus scriptum est (Num. XXIX. 39.) Hec paratote Jehovæ in
 FIXIS VESTRIS TEMPORIBUS; Eodem modo de paschate dictum est
 certo tempore suo. Et generalis est regula in Mischna sexta ejusdem
 נטמא קחול או רובו: או שהיו הכהנים טמאים: והקהל וטהורים עשו
 טהורין: עשו בטומאה: נטמא מיעוט הקחול וטהורים עשו
 את הרשון: וחטאים עשו את השני: Si cœtus pollitus fuerit, aut
 maxima ipsius pars, aut polluti fuerint sacerdotes, congregatio pura, con
 ficitur (pascha) cum IMMUNDICIE: si MINIMA COETUS PARS,
 fuerit polluta, pari conficiunt, (pascha) primum; & impari secundum. Idem
 illud affirmit Maimonides in Hilchos Kidusch Hachodesch cap.
 IV. §. 6. vide insuper ipsius notas ad citatam Mischnam. Immuni
 dities autem hæc quam pellebat totus cœtus erat tantum טומאה מות
 immundities propter mortuum Num. IX. 10. Nam ob nullam aliam
 אין פסח נרוחה מפני הטומאה אלא immundiciem מות
 propellitur pascha nisi ob immundiciem propter mortuum, dicente Barteno
 ra ad Mischnam 6. cap. VII. Pesach, licet Jom Tobi ad hanc
 Mischnam & alias species immundicie in medium producat ejus
 dem roboris,*

§. 5. Ex Deut. XXVI. 14. colligunt hoc est lugentem רְאֹנֵן non debere Sancta comedere. Quæritur ergo an digpus בר ול כו' existimetur cœna paschali? הרואן est talis homo שרא נCKER חמת קריי אונן ואחר שנקבר כל יום רמשת הוא Qui toto tempore quamdiu mortuus (aricus) ipsius nondum sepultus est. Hic vocatur ONAN. Et postquam sepultus est per totum tempus mortui vocatur ONAN. Bartenora ad 6. Mischn. cap. VIII. Pesachim vide & ipsum in notis ad Mischnam §. cap. III. Horajoth. & Maimonidem in Korban Pesach. cap. VI. Concedunt huic Pascha comedere, sed ea conditione, ut prius se immergit aquis, ראיין איננו מִן הַתּוֹרָה אֶלָּא בַּיּוֹם שְׁנָאָמֵר וְאֶלְחָתֵית חֲתָנָת nam הַיּוֹם: יְמֵן אָסָר: לְרֹהֶה מוֹתָר: וְטַבְּרָה בְּשׁוֹ: Nullus est maior secundum legem nisi DIE sicut dictum est (Lev. IX. 19.) comedи peccatum HOC DIE, die prohibitum est, at licitum NOCTE, immersio autem est necessaria. Bart. ad cap. VIII. §. 8. Ideo vero se immergit, quo ostendat se removisse cogitationes suas lugubres, & deposituisse luctum, juxta Rambam ad eandem Mischnam. Porro, אַיִן quisquis etiam esset, minime ipsi erat licitum de Chagigah comedere, quoniam hæc erat stricte sic dicta sanctitas. Sed si jam illuxisset meridiæ decimi quarti diei, & tum cuidam annunciatum mors amici sui, (statim enim fit Onan secundum sapientes) quando se immergit aquis, concedunt ipsi præ cæteris lugentibus sanctitates festi Paschatis comedere, qua de re pluribus agunt ad Mischnam §. cap. VIII. commentores Bartenora & Maimonides.

§. 6. Quicunque igitur ab omni labore erat purus & verus
Israelita, maximopere requirebatur, ut esset *bilaris* & *splendide vi-*
veret ad manifestandum magnum illud miraculum à Deo in Ægypto
effectum; in Pesachim Gemaræ Hierosolym. fol. 37. p. 2. dicunt:
Neceſſe eſt, ut homo exhibaret uxorem suam & filios ad festum Paschatis, idem
affirmatur in Talmud, Babylon. Pes. 109, fol. 1. evolve & Celeberr.
Ligtſotii Horas Talmudicas ad Matthæum cap. 26. Rabbi Akiba
עשָׂה שְׁבַת חֹול וְאֶל תְּצַרֵּךְ לִבְרוֹת: הַכ־ּא
fuit proverbium: *משום ברטומי נסא מורי:*
sensus est, si pauper es diem sabbathi tui
splendide vivendo, aqua ceteris diebus septimanæ edendo quicquid occurrit;
Verum in paschate necessaria EST FESTIVITAS, quo manifestes miraculum
illud certissimum in Ægypto patratum: vide Jom Thobh additiones ad Pe-
sach.

fach. cap. X. §. 1. Tum quoque quod sint in nocte isthac omnes reges & magnates, v. Bartenoram & Maimonidem ad citatam Mishnam: וכל זה לוכון ולΚρου בלב שמאורה זמן גאלון השו מעכורה *Hac omnia (ideo agimus) ut memores simus & cordi insigamus, quod eo tempore, nos Deus Benedic redemerit a servitutē & facti simus LIBERI & DIGNI REGNO & MAJESTATE.* Loquitur Maimonides in Hilcos Pesach. cap. 1. vide Clar. Hotting. Leges Hebraeorum cit. loc.

Clar. Hotting. Leges Hebraeorum cit. loc. §. 7. Nemini ignotum esse scio, Judæos, quando rebus sacris operam dant **תְּפִלִין וְצִיצָת** Thephillin & Zizit induere; nam Elieſer filius Jacobi in Menachot fol. 43. 6. vſ. 32. ait statim: *Quisquis Thephillin in capite & Brachio, Zizit in veste gerit certato credat, se non peccaturum.* Quæritur ergo an & celebrando Pascha noctu 15. diei Nisan, illis corpus vestiant? Quippe cum Zizit nomen acceperit à *Miraculo in Ægypto* peracto, uti extat in Siphre לְמֹה נִקְרָא שְׁמַה צִיצָת עַל שְׂמַחֲתֵךְ הַמּוֹקֵם עַל בָּרוּךְ אֶחָדָנוּ f. 17. **שְׂרוּבָת הַצִּיצָת בְּזַיִן וְרַיִן** בְּלֹהֶה שְׁנָאָמֵר וּדְחַתֵּם אָרוֹנוֹ בְשַׁעַת רַיִן-Quare appellantur zizit? eo quod prospexerit Numen ad domos nostrorum patrum in Ægypto: æquum certe esset in memoriam benevolæ istius asperitonis zizit, nocte Paschatis gestare. Verum quicquid illud sit, non tamen induunt in paschate ea; testem habeo RAMBAM in tr. de Juribus Fimbriorum cap. III. §. 7. **בְּלֹהֶה שְׁנָאָמֵר וּדְחַתֵּם אָרוֹנוֹ בְשַׁעַת רַיִן-** **Peniculamenta interdiu, inquit, non NOCTU gestanda sunt; prout dicitur (Num. XV. 39) ut VIDEATIS ILLA, eo scilicet tempore quo videri possunt.** Pascha vero noctu celebratur, ergo non circumdantur tum temporis zizit. Consentit OrachChajim Num. 18. §. 1. Abarbanel in **סְבִיבָת** fol. 14. §. 1. querit, cur sectio illa Mischnica in qua de Zizith agitur, Exod. XIII. vi. 16. nocte Paschatis legatur, cum tamen Zizith non gesentur, duas proponit rationes, 1. ex Num. XV. 39. ac Maimonidis. 2. est, quia facile fieri posset, ut in iis quis indormiret, & in somno ea aliqua ratione pollueret, atque prophanaret; Vide plura in notis Celeb. Maji ad Maimonidis Zizith. & Cl. Buxtorfium de *Cœna Domini in fine*, Abarbanel de Thephillin citato loco ait: **אָסָרוּ לְהַנְּאָה תְּפִלִין** Prohibitum est applicare ORATORIA NOCTU fieri enim posset, ut illorum oblivisceretur & in illis indormiret. Vide cit. loc. Cl. Buxtorfium,

Se&t,

Sed. I. Cap. III.

De præparatione Agni paschalis.
Contenta.

- §. 1. Atatem agni paschalis proponit; An ♂ primogenitus ad Pascha aptus? §. 2. Si quis foemina aut agnum duorum annorum separasset, cadebat in locum sacrificii spontanei. Quid נרבה ? עורתה? §. 3. Morientem Patre familiæ destinatus agnus, an pro paschate offerretur? §. 4. Quousque quilibet Israelita suum præparari Pascha? ubi de אימורי? §. 5. Suspensio quomodo fieret? §. 6. Quid per intelligatur, an Crudum aut Semicrudum? ubi de more, Pascha, in veribus ligneis torrendi. §. 7. Agnus Paschalis totus assabatur. Quid אסכליא? §. 8. Quale instrumentum נורי מקרים?

§. 1.

Nunc ordine quoque recentebimus, quibusnam ritibus agnus paschalis præpararetur, ante assataram, & inter assationem: juxta legem Divinam Exod. XII. 5. בְּנֵ שָׁנָה וְכָרְבָּן בְּנֵי שָׁנָה זֶה הַמִּים וְכָרְבָּן לְכָם מִן הַכְּבָשִׂים וּמִן הַעֲיוֹתִים הַקָּחוּ: Parva pecus, integra, mascula, anicula esto vobis, ex ovibus aut ex capris eam accipitote. Ita loquitur legislator, בְּנֵ שָׁנָה non stricte dicitur de isto agno cuius ætas eisdem diebus, & non paucioribus annum æquat: sed omnis filius anni sui est secundum Raschi ad hunc locum שְׁנָוֶלֶד בְּשֻׁעָרָה וְשָׁנָה qui natus est intra quenlibet annum. Nullo autem modo agnum primogenitum Deo T. O. Maximo loco paschatis offerre erat licitum. Nam omne Exod. XIII. 2. בְּכָרְבָּן PRIMOGENITUM, quicquid aperit vulvam ullam apud Israelites ex hominibus ♂ jumentis meum est, dixerat Jehova: Si vero quis obtulisset permiscendo primogenitum ait Rabbi Simeon אמר חֲבֹרָה הַכְּנִים יָאֵלְלָה si fuerit societas sacerdotum comedant illud: Pesachim cap. IX. §. 8. rationem addit Bartenorא שְׁהַכְּבָרָה נָאֵל Consule & ibidem explicationem Mamonidis & sapientum aliam opinionem.

§. 2. Si autem ex inscitia quis foemina, aut agnum duorum annorum destinasset, ad Pascha suum, eoque comperto, non statim possessor mactabat agnum & communis usui dedicabat; nullo modo, sed pascebat illum usque dum aciperet labem; & tum vendeba.

debatur, pecunia ipsius cadebat in locum sacrificii spontanei. **Pesachim**
המפריש נקבה לפסחו או זכר בן שתי. Si quis
VII. cap. Mischn. 9. exstat:
שנות ורעה עד שוסתאָב ומכר וופלו רמוּ נרכז: **3.**
Separaverat foemina ad pascha suum aut masculum duorum annorum, pa-
scet usque dum defectum acceperit, vendetur, Et pecunia ipsius cadet in obla-
tionem spontaneam. Causa quare non vendant absque labo agnum
paschalem, & qualis esse debeat labes explicatur à Bartenora ad
3. Mischnam cap. III. de Temuhrah. Rambam explicat:
differentiam inter ea vide, apud Jom Tob ad 4. Mischnam III.
capitis de Temuhrah. Ipse autem Paterfamilias pro pecunia agni
fui venditi non emebat sacrificium spontaneum; sed כותנים אומת המועת להיכה שבמרקש ומרקביין מהן עולות נרכז.
Reponerant illos nummos in arcum, qua erat in templo, qua sacrificabantur
HOLOCAUSTA SPONTANEA: Inspice præterea, si placet, Bartenora
& Maimonidem ad citatam Mischnam Pesachim.

§. 3. Si quidam Paterfamilias agnum suum jam destinaverat,
morte vero præceptus, ne festivitati interesset depositum hædum
filius mortui patris, non mactare dein poterat in nomine pascha-
המפריש פסחו ומת לא יביאנו בנו אחריו: Si quis separaverit pascha suum ו
filius mortuus fuerit non adducit illud in nomine Paschatis, sed in nomine sacrificii
pacifici. **Pesachim** cap. IX. §. 7. Ratio est quoniam רוחה לוי. **פסח שמור בעליו ואן כאן מנין**
Est pascha, cuius dominus mortuus est, Et cui non supersunt antea ipsi numerati sodales, ut ait Bartenora
שיך שלא וזה בלא בעליך ad hunc locum. Tum quoque Requiritur unumquodque pascha suo gaudere antea preposito, domino, juxta
mentem Jom Tob. Gemara hanc etiam addit rationem שלב. Ne filius mortui patris quoque cum ipso patre numera-
retur.

§. 4. Cum itaque secundum legem Paterfamilias agnum
suum totumque collegium examinasset, & invenisset exacte o-
mnia institutis divinis respondere, adducebat quilibet Israelita
suum agnum ad Templum tempore, post meridiem 14 diei, con-
venienti, & mactabat coram aspectu sacerdotum. In templo ju-
gulabant agnum ex præcepto Dei. Deut. XVI. 6. & ideo Mai-
moni-

אין שוחטין את הפסטה monides ait in Hilcos Pesach. Cap. I. אלא בעורה כשרא הקורשין Non maculant pascha, nisi in ATRIO more reliquorum sacrificiorum, vide & Abarbanel. in legem fol. 362. השחיטה כשרה בוה בכל הקרבנות Dixi quilibet Israelita, quoniam ratione Rite peragitur macellatio per ISRAELITAM in quolibet sacrificio; uti ad 6. Mischnam cap. V. loquitur Bartenora. Non autem Israelita excipit sanguinem macellati sui agni, sed sacerdos קבל הרם בכוכב Accipit sanguinem in vasculo quodam ab illa exceptione (sanguinis) וְ ulterius incipit praeceptum sacerdotale; Qui sacerdos plenam sanguine acerram socio suo dabat, ille alteri & ulterius usque dum ultimus propius ad altare stans, sanguinem uno impetu effundebat ad fundamentum altaris: sic enim loquitur Mischna 6. cap. Pesachim: כהן הירוב אצל חברו: ומכל את המלא ומיור את חירון: כהן הירוב אצל חברו: ומכל את המלא זורקו זריך אהות כנגד HISOR: Sacerdos dat, (vas illud plenum sanguine) socio suo, וְ socius proximo suo, accipit semper plenum reddit vacuum vasculum sacerdos autem stans propior altari spargebat una aspersione (sanguinem) ad fundamentum altaris. Sparsio autem illa non digito fiebat, quemadmodum cum sacrificio pro peccato erat consuetum, sed una effusione ad superiorem altaris partem, ut decideret ad fundamentum, juxta explicationem Bartenoræ ad citatam Mischnam: שׁאין בכוכב עזנו וילנא מותנין באצבען: Ipsi aserrâ (fiebat aspersio, וְ NON DIGITO, nam nullum sacrificium requirit digito aspersiōne, nisi solūmodo sacrificium pro peccato, uti dictum est Levit. IV. v. 25. Prater sanguinem quoque Deo pro sacrificio offere. הן הרבים האמורין בתורה מביאים Partes iste sacrificiorum in lege (Levit. III.) ad suffitum sacrificiū Deo, adornatae. Sicuti hoc explicat RAMBAM in praefatione ad Seder Kodaschim. Sunt nempe partes istae de Paschate האליה והקליות ווורתה הכביר מלכרי חלב שעלי הכביר וועלכרי כauda, (quaed adhaeret ossibus spinæ dorsi) renes, reticulum hepatis, וְ præterea adipes, qui sunt supra intestina וְ adipes renum; Sieuti Iom Tōb has recenset ad 10. Mischnam cap. V. Pesachim מה נקראו החרבם איטורי: שָׁהן מֶר quarit מורים *

* Et Lexicon Talmudicum, quod vulgo sub hoc nomine citatur, ita est

מורות וארון על כל האברים ועל גביהם המובח לחולק
 וארון הערל (17) ٤٦
 Quare vocentur adipes? quoniam sunt pre-
 cipua quasi domini omnium membrorum: descendunt (solum) supra
 ALTARE; tanquam PARS Domino totius mundi propria.
 אונקליז של ברול הו' hoc
 קבועין בគולט ובעמרון שבין הולן ומפשיטין: וכל מי שאין לו
 מקום לתלות ולהנשיט מקלות ורקם חלקיים והוא שם ומניח על
 כתפו ועל כתף חברו וחוללה ומפשיט: רבי אליעזר אומר
 ארבעה עשר שול לזרות בשכבה: מניף ידו על כתף חברו: ו/or
 חברו על כתפו: ותוליה ומפשיט: Uncini ferrei (clavi ferrei super-
 ne acuminati) infigebantur parietibus: Et columnis (quae erant in loco
 mactationis atrii infixa,) in quibus suspendebant Et excoriabant: cui-
 cunque autem nullus erat ad suspendendum locus, Et excoriandum, Illi erant
 bacilli tenues Et decorticati, eosque imponebat humero suo (unam par-
 tem) Et humero socii sui (alteram partem) Et ita suspendebat (in ba-
 cillis illis agnum) Et excoriat; Rabbi Eliezer dicit (ille enim non
 permittebat in Sabbatho motum illum uncinorum) decimo quarto die,
 quando ille incidebat in Sabbathum imponebat manum suam, (mactans)
 SUPRA socii sui, Et socius manum suam imponebat humero (mactantis)
 Et ita suspendebat, (agnum, nervis genuum, in brachio amborum)
 Et excoriat. Mactabatur vero Pascha per tres catervas, si in-
 trasset prima caterva, ut impletum esset atrium, claudebant

C

portas

comparatum, ut singulae voces, in Ultraque Talmude obvia secundum al-
 phabetum, citatis in margine paginis, quas addidit Sam. Arkevolti, ex-
 placentur. Author est R. Nathan, fil. Jechiel, qui Praeses quondam erat
 Academia Romane seculo XI. obiit anno Christi 1106. Secundum David
 Ganz. ad hunc annum. Et Autorem Schalschelet. pag. 41. 6. Judæus qui-
 dam Germanus hujus Lexici Compendium elaboravit, sub nomine שׁרָךְ רַקְצָר
 Et multam lucem attulit magno Aruch. nam, tractatus Et capita
 Talmudica in majori omissa, in parvo citantur, vocesque difficiliores, que
 maius neglexerat, explicat. Accidente vocum exoticarum germanica ex-
 plicatione. Vid. Cl. Wolsi Bibl. Hebr. §. 1727, Et Hotting. Bibl. Orient.
 pag. 46.

portas atrii & buccinabant ibi, jubilabant & cantabant Hymnum Magnum, ita una caterva alteram sequebatur & sicuti erant opera primæ, sic etiam secundæ & tertiae. Verum cunctas hasce solennitates narrare non mei est instituti, nec suadet pagellarum exiguum spatium. Cui hæc arrident adeat ipsam Milchnam Cap. V. Pesachim & consulat commentatores.

§. 6. Posteaquam igitur antea dicta in Templo absolvissent, unusquisque Pascha suum portabat domum, ut præpararet id ad edendum. In lege Dei erat vetitum, illud נא ו מבושל Exod. XII, IX, 9. crudum vel lixatum comedere נא, inquit Rabbi Levi, est מעשה חרור ונצלח מעת ואנו ראי הבהיר בז Caro in quam quidem aliquam ignis habet vim queque utcunque tosta, nondum tamen plane esti hominis est apta. Rabb. Levi assentitur Cl. Bochartus in Hieroz. P. I. L. II. Cap. I. Sunt quidam & magni nominis Viri, à partibus negantium stantes, qui plane crudam carnem, נא interpretantur; Veluti Cl. Hottinger. in Analect. P. I. pag. 146. Spencerus de leg. Hebraeorum Lib. II. cap. 4. præiente Aben-Esra ad hunc locum. Cujus vestigia etiam pressit Cl. Sebaſt. Schmidius; ut patet ex ipsius vasto, de Paschate, commentario, pag. 84. Miror sane magni Viri ingenium; Etenim, cùm prolixè de Paschate esset commentaturus, nullibi observavi, ipsum, cum ardua orïretur quæſtio, ad partes vocasse Gemaram Babyloniam, quæ tamen cunctos Judæos, atate, superat, ac pene omnium quæſtionum continet enodationem. Nos, locum, certe magni ponderis, ex Gemara sumus excerpturi; quo explicato, Sole clarius elucebit non crudam, sed semicrudam redendam carnem. Ita sonat fol. 41. pag. 1. Pesachim: תץ וכול שאלן בויות זו והוא חייב תל אל תאכלו ממנה נא וכשל מכשול: נא ובושל אמרתי לך ולא זו: יכול הדא מותר: תל כי אם צל אש: ה' נא: אמר רב פרסאי אברנוי Rabbini hanc quæſtionem, memorie prodiderunt; An aliquis, si comedere posset, (de agno Paschali) vivam, (crudam) carnem, olive magnitudini similem, transgressionis esset reus censendum? Respondent S. S. dixisse, Non comedetis ex eo SEMICRUDUM quicquam, aut coctum in aqua; Heic tibi prohibuit: S. S. SEMICRUDUM aut coctum; NON VERO VIVUM, OMNINO CRUDUM, Attamen, instant, si fieri posset,

posset, anne licitum? Minime gentium; nullo modo comedito ex eo, nisi
igne assatum. Quid ergo significat נא? Idem illud sonat, Respondet
Rab, ac si Persicè diceret, ARRANIM. Cupis, lector, & R. Salomo-
nis glossam? Ecce! ait צלי ואינו צלי ARRANIM esse, quod af-
satum & non assatum est. Dubitas ad huc quid sit? Non credo: est
enim semicrudum aut SEMIASSATUM. Accedit Targum Hiero-
solymitanum, meæque sententia admodum favet; pro נא enim
posuit מהבב, quod, ut non satis assatum, optime Aruch expli-
cavit: à radice חרב, assare. Quippe hoc sensu & non alio Ge-
marista הברה שקייפה utuntur; Schabbas fol. 28.
ו לא הברה Peniculamentum vestis, quod duplicatum est, sed non usu-
latum, hoc est, ad ignem vel flammatum exsiccatum, & quodammo-
do ustulatum, ut pro ellychnio adhibitum, tanto melius & citius
accendatur; de quo verbo vide doctiora afferentem Cl. Buxtor-
fium in Lex. Talmudico. Nec mihi assensum suum denegat Ara-
bica lingua, cui ortum suum debet Hebraica vox נא: in quo e-
mnes eruditи pene consentiunt; in qua נא audit quod nos Latine
semicrudum reddimus, siquidem נא secundum Golium, est
quod semicoctum & crudum fuit; Etiam si ipsius adjectivum نـيـ
JON, & crudum & semicrudum, quandoquidem denotet; Ara-
bibus tamen vulgarius est semicrudum ita vocare; uti me docuit
Celeb. Bochartus, qui ex Avicenna satis superque probavit, carnem
in stomacho non nisi ex parte coctam vocari نـيـ JON. Locus
est Can. lib. Fen. 3. Doct. 2. cap. IV. Cui Titulus de regimine infan-
tiuum: Hebr. lit. translatum hic cernis:
וַיַּגְנִבּוּ מִן־אֶמְכָן שָׂרֵב
אלמִתָּא עַל־אַלְטִישָׁם אַרְלָא יַנְדֵר פִּיהֶם נֵא קְבֵל אַלְחַצְּבָּתָּא

Et, quantum fieri potest, à potu aquæ post cibum, eos prohibeant, ne crudus
(id est non nisi concoctus) in eos penetret, ante (perfectam) digestio-
nem, in Hierozico, pag. 595. Quicunque ergo heic loci per נא in-
telligit planè crudam carnem, ille credit Legislatorem prohibuisse,
ne comederetur agnus omnino crudus, quod sane etiam nullo
vetante, Judæi non essent facturi. Porro erat quoque vetitum
Pascha בְּשֵׁל comedere lixatum, est autem secundum
citatum R. Levi quælibet coctio, בְּמִסְמָך או בְּמִסְמָך
cumqua sit, aqua aut quacunque re liquida, ant aqua frugum; di-
gnata

gnam sane observationem, de hujus verbi significacione invenies apud Cl. Bochartum, lumen illud mundi in Hierozoi. P. i. Lib. II. Cap. 50. Vide & Hottinger. Leges Hebræorum pag. 23. Rogas, quoniam igitur modo apta esui reddebar? Respondeo צְלָא אֱלֹהִים affabatur igne, juxta præceptum Dei. Huic legi curiose nimis Judei obtemperant, nam subtilissimam torrendi causam investigant, בְּשֶׁפֶר שֶׁל מַתָּכָת לֵא: רְחֵם מְקֻצָּתוֹ חָמָס כָּלוֹ: וְצֶלֶת מְחַמָּת שְׁפָר: In veru ex metallo conficto affabant, nam si incalescat pars ipsum, incalscit totum, ¶ ita mediante veru (affaretur agnus.) Vult dicere, si nempe agnus perforatus sit veru, ita ut altera pars veru è capite ovis procedat, altera è posterioribus ipsius; Incalcentibus igitur hisce partibus veru, à carne affixa liberis, tum quoque incalscit illa pars veru intra agnum posita, qua incalcente assat intrinsecus veru carnem, adeoque non ignis immediate hujus assuratæ causa est: (Non miraris, mi lector, callida capita, nam & Judaicum est lentem coquere;) Etenim hoc modo explicatur à Raschi: שְׁחַנְמֵשׁ מְתָחָמָס עַל רְדוֹן קְצַטוֹן הַחִיצוֹן scilicet tum interiora incalcent per partem ipsius (veru) exteriorem. Imo dicebat aliquando Rabbi Jose Galilæus נָתַן אֶת כְּרוּעַו וְאֶת בְּנֵי מְעִזָּן לְתָבוֹן: ponuntur etiam crura & intestina (agni) intra agnum ipsum. Verum huic sese opposuit Rabbi Akiba illi hoc est, dicebat, species coquendi, (intestina agni,) ergo tum non igne assatur, vide Cap. VII. Mischnam i. Pesachim & ibid. Rambam, Bartenoram & Jom Tob, cui Akiba plurimi Judæi album addunt calculum. Torrebant Pascha in VERUBIS LIGNEIS, שְׁפָר שֶׁל רְמוֹן ¶ quidem de ligno MALOGRANATI Mischn. i. cit, cap., causa quare isto utuntur est, quoniam ceteri מְפַקֵּד מִינֵּז וְזוּז בְּשֵׁל מְבּוֹשֵׁל בְּמִסְתָּר מְפַקֵּד מִינֵּז: Emittunt ex se aquam, ¶ ita esset coctile in aqua coctum, sed lignum MALOGRANATI non emititt ex se aquam; ut exponit hunc locum cit. Mischnæ Bartenora. Veru hoc hoc תָּוחֲבוּ מְתֹן פַּוּ עַד בֵּית נְקוּכְתוֹ infiebant ori usque ad nates; sicuti est Mischna prima c. VII. Pesachim. Hic ritus exponitur ulterius in Thosephot, sequenti more, לְפִי שְׁנוֹתֵן הַגָּס שְׁבָשָׁפָר לְמַתָּה כְּרוּ שְׁלָא וּפְולַ הַפְּסָחָה וְאֵי זה בּוֹת Crassam veru partem applicat, (assator,) paululum inclinando deorsum, ne cadat Pascha (deorsum)

sum) וְtum locus mādationis (caput agni) infernè est, quo destillaret
sanguis ex meatu isto. (loco mādationis.)

¶ 7. Agnus paschalis affabatur totus. ראשו על כרשו ועל קרבו Exod. XII. 9. Caput ipsius cum cruribus וְcum intestinis ipsius: nam לְ hic idem est ac עַם cum: Raschi ideo hunc locum ita explainit: כלו נחרט עם בראשו ועם כרשו ועם קרבו בבי מעדן Assabant ipsum (agnum) totum, una vice, CUM capite ipsius CUM cruribus, וְCUM intestino ipsius seu visceribus. Quapropter secundum sententiam Rabbinorum in Gemara pag. 74. vocatur Padum Rabbinorum. רבן איזהו גדי מקולס Verba sunt haec: שצלאו כלו נחרט או נשל ממנה אבר אין זה גדי מדורס? Querunt Rabbini nostri, quando vocetur (Palscha) agnus totum inquiunt, quando assatur totum una vice, nam quando frangitur, seu abscinditur ipsi membrum quoddam tum nullo modo vocari potest, גדי מדורס. Verum alia est ratio & quidem convenientior, cur non ponere, inter-affationem. Sed censente Rabbi Akiba הולין appendunt illa agno exterius. Mischina i. cap. VII. Pesachim הוחכין בשפוד רעלין quod sequenti modo explicat Bartenora: מפוז שר טלה: infigunt illa (intestina) in veru (supra caput,) et regione oris hedi; verum quo sensus reddatur clarior adducam verba Gemarae hujus Baraitæ. נותנן ככבע רעללה מהשאנו נורשת על רаш גבור Suspendunt, (viscera) sursum versus, circum caput ipsius (capri,) quasi videretur ac esset area galea in capite fortis viri: יומ Tob ad citatam Mischnam hanc addit notam: וְלֹשֶׁן שָׁהֵן מוסכמים וכחוכמים בענין שלא פלו מעל בראש: פִּי הַתְּלָה לְמַתָּה Observe inquit, hæc (intestina) suisse circundata, וְalligata (ad caput agni) tali modo ne de capite delaberentur, nam os agni paulum deorsum pendebat; uti antea diximus. Respectu hujus figuræ, ait Rabbi Tarphon in Gemara, pag. 74, vocatur agnus paschalis גדי מדורס, שתוין חוצה לו כריך שתולן המן לארם AGNUS GALEATUS. quoniam suspendebant (viscera,) in agnum exterius, sicuti suspendimus scutum in homine. Ego auguor esse verbum Arabicum à radice KALASA, pileum induit, cuius substantivum est LASIN, قاس

(22) 80

LASIN mitra, Galea, qui plura desiderat de hac relateat; Cl. Buxtorfi Lexicon Talmud. comm in voce סְלִיל

§. §. In Mischna 2. cap. VII. Pesachim docent Doctores Mischnici, quod aliquando assaverint Pascha, עַל הַאֲסָכְלָא, super craticula ferrea, sicuti illud exponunt Cl. Buxtorfius & Caleb. Surenhusius. Sed Raschi convenientiori explicatione, instrumentum illud, una cum suo usu, ita describit: עַשְׂוֹה כְּבָרוֹחִים בְּעֵין שְׁלֹנוֹ וְשֶׁחֱלָל בְּזִין בְּרוּחַ לְבָרִיחַ וְנַתְנַן הַשְׁפָרָה לְרַחֲבוֹן וְכָל הַטְלָה נָצָלה בְּאוֹרָה שְׁבַן שְׁנִי בְּרוּחַ שְׁנִי בְּשָׂרַנוֹ בְּבָרְבוֹל רַמּוֹן Factum erat, quasi es- sent (in eo הַאֲסָכְלָא) repagula (qua jacebant in duabus ferreis columnnis,) secundum nostram formam, & magnum erat spatium inter alterum repagulum & alterum repagulum, applicatur veru in medio loco spatiū, ita ut totus agnus subassaretur, uti in aere pendens, inter duo repagula, ne caro attingeret ferrum, (repagulorum,) huc usque Raschi; Jom Tob addit, veru autem omnino esse debebat, sicuti scriptum, nempe, de li- gno MALOGRANATI. Clariss. Buxtorfius derivat הַאֲסָכְלָא à Greco ξακλινή craticula, quasi Hebraeum verbum esset corruptum & in e mutatum; Verum an hæc conjectura & palato tuo, mi Lector, convenientat, nescio; mea quidem sententia sunt inter se ne- cessitate quadam conjuncta אַסָּכְלָא & Arabum شَكَلْ اَسْكَلْ ASCA- LO, quod eam significat rem, ubi altera ad alteram vergit; sicuti in nostro instrumento observandum, quod paulò ante descriptis Raschi: Hinc quoque est verbum شَكَلْ SACAILON, Vie parve deducta ex majore; sic quoque repagula deducta erant à columnis duabus, in quibus etiam veru quiescebat; nam instructum erat מֻלְוָת gradibus, sicuti Aruch loquitur in hac vo- ce; Verbo finge tibi cogitatione SCALAM ÆREAM eamque applica ad duæum explicationis hujus instrumenti à R. Salom. Jarchi descripti. Verba ipsius, ad 2. Misch. Cad. VII. Pesachim ad- duxit Jom Tob. Potuisse equidem plura particularia spectantia agni paschalis Unditionem ex Mischna 3. cap. VII. Profanationem ex ejusdem capitulis 5. 6. & 7. Mischna. Perditionem ex Mischna 9. Cap. IX. Permixtionem ex Mischna 8. & 10. Cap. IX. tractare; verum hæc omnia delibare, dissuadet, prævisa propositi mei meta: Et
hanc

(23)

hanc quoque ob causam de MENSIS & LECTIS in festivitate Paschatis apud omnes Judæos consuetis nihil in hanc dissertationem conjicere volui: consulas interim de MENSIS equitem auratum Hieron. Mercurialem de arte Gymnastica pag. 79. Antonium Lynæum de Christo crucifixo. Jacobum Kaphelium in Omeckhalacha edit. Cracov. in 4. fol. 41. præcipue Simson in Celim fol. 34. pag. 1. & 362. Bava Batra fol. 57. 2. Lundium in folio 999. pag. & quos ibi allegat. Cl. Dassovium de accubitu ad agnum Paschalem pag. 21. De LECTIS Joma fol. 12. 1. & Megilla 26. 1. Überrime de his egit R. Simson qui est Baal Hattosephot in titulo Celim edit. Amst. in fol. fol. 26. &c. Lectorum formam describit, & fol. 30. docet quod tapetes lancei imponerentur lectis. Aruch. seu Nathan. in suo lexico, fol. 142. ed. Venet. in fol. Bartenoram in Celim Cap. XVI. §. 4. Cap. XX. §. 1. Bynæum de Morte Jesu Christi Lib. 1. ed. Amst. in 4to pag. 260. Dassovium de accubitu pag. 21. Qualis lectus fuerit רַגְשׁ vide in Nedarim fol. 56. 2. Talmud. Hierosolym. Berach. cap. III. in Gittim. fol. 69. col. 1. explicatur, quod decurtare & extendere cubilia potuerint.

Sectio II.

De ritibus inter esum consuetis.

Caput I.

De ordinatione convivarum.

Contenta.

§. 1. Duo sodalitia, in uno hypocnuso Pascha celebrantia non semet in vicem aspicebant; Quomodo בֵּית אָחָר explicit? §. 2. In medio triclinii duorum collegiorum erat positum calefactorium & quare? §. 3. An Pascha à duobus collegiis inter se diversis, consumi possit? §. 4. An promiscue accubuerint cum foeminiis, liberis & servis in uno letto? Negatur. §. 5. Quomodo discubuerint in latus sinistrum, an dextrum?

IN præcedenti sectione, enarravimus ritus extra triclinium a Judæis

Judæis observatos; placet jam cum ipsis intrare coenaculum, & paucis delineare inter eum consuetos mores; Scio neminem latere, quanta fuerit Hierosolymis hominum congregatio, tempore Paschatis; ut quisque facilime calculum subducere valeat, tot habitationes in Urbe sancta non extitisse, ut potuerint unicuique collegio proprium suum accommodare triclinium. Hinc sape eveniebat, ut duo cætus, in uno hypocasta, Paschatis celebrarent comeditionem. Hoc cum contingeret, minime alterum collegium oculos flectere ad alterum, erat licitum. Etenim ait Mischna 13. Capitis VII. שְׁתִי חַבּוֹרֹת שָׁחוּ אֶוְיכְּלִים בְּבֵית אֶחָד: id est, Duo sodalitia, si comedunt in uno domicilio, hi facies suas convertunt ad unam partem (coenaculi) & comedunt, & illi convertunt facies suas ad alteram partem (coenaculi) & comedunt. Quo verus sensus hujus Mischnæ appareat; sciendum est, Rabbinos, Exod. XII. vs. 46. in una domo; quoque sumere PRO UNO COLLEGIO; Bartenora ad citatam Mischnam ait: שְׁתִי חַבּוֹרֹת רְחַפּוּכּוֹת בְּגַיְקָבָק: כְּשָׁהִי בְּתִים רְמִי: Duo SODALITIA facies suas convertentia, similia sunt duobus DOMICILIIS. Dixerat autem Deus Exod. XII. 46. לא הבשך מן החיציא מִן הַבָּשָׂר חֲזֵצָה: Non educes ex ulla domo de carne FORAS. Hoc præceptum negligi somniant, quando duo sodalitia in uno triclinio Pascha comedentia, semet invicem aspiciunt. Jom Tobi ex mente RAMBAM Cap. IX, de sacrificio Paschatis, explicat illud his verbis: צְרִיךְ לְחַפּוּרְךָ רָקָא sacrifice illud his verbis: ואַנְתָּן רְשָׁאָן לִישְׁבָּה אֶלְוּ בְּנֵרָא נְרָאָן כְּחַבּוֹרָת אֶחָד: Necesse est ut stridere se invertant, & non licet illis sedere obverse huic, nempe è regione alterius collegii, ac si tum (duo collegia) viderentur, sicuti una societas; nam Deus dixit de carne FORAS. vide plura in notis Jom Tobi, ad citatam Mischnam. Imo minister serviens duobus collegiis, si surget de sua societate, necessitati alterius conventus, servitii gratia, operam daturus: לְמוֹוג קַוְעַץ אֶת פַּי וּמְחוֹרָר אֶת פְּנֵיו עַד שְׁמַנְיָע אֶצְלָ חַבּוֹרָתוֹ: Ad infundendum (vasculum) claudet os suum & convertet faciem suam, usque dum pervenierit ad sodalitum suum, & tum comedet. Mischna 3. cap. VII. Pesachim. Hoc illud est, quod in Gemara docent, fol. 89, pag. 2. בְּצָרְ הַנְּגָרָוּ: בְּזָרְ אֶבְלָ (male Amst.) השם שאכל אֶבְלָ אֶבְלָ

אמ

אם רוח בקום מליא כרתו מינו: אם רצוי בני חברות לעשות
טובה עמו: באין וושבון בצדון ואוכלון: רברור בזיהורה: רצוי
אין: לא רצוי: לא: ואמאי נומה לחו תא קבלתונן: קבלתך ארעתא
Hoc est: Servus edens de carne alterius societatis quantitatatem (licet sit) olive è regione for-
nacis, si sapit, satiat ventrem suum iſbāc (carne.) Si volunt socii trans-
gressioni ipsius, grato consilio succurrere, veniunt, assident juxta ipsum &
comedunt, (Palcha.) Verba R. Jehude hoc relinquunt cuiuslibet liberae
voluntati; Quid? ame dicere ipsis potest, (servus,) mene vos accepistis (in
vestrum collegium) Respondent, accepimus te hac conditione, ut in te
fusceres, ministrando scilicet, nostrum alias opus, tui causa non te accepi-
mus.

§. 2. Observant quoque Rabbini in medio triclinii duorum
collegiorum fuisse locatum **calefactorium**, ratio quare in
medio fuerit positum exstat, in Thosephot fol. 119. pag. 2. Pesa-
chim, quam verbis Jom Tobh adscribam, ויהר כרו שירא הפסח ויהר כרו שירא
*Ut esset discrinem seu agnitio rei intermedia, (que scilicet unum col-
legium ab altero secernebat.)* vide Jom Tobh ad VII. cap. Mischhn. 3.
potius autem cum Bartenora dico, ad citatam Mischnam: כרו שירא
לשותון למותג רכאנ ולכאנ: נוחה לשותון למותג רכאנ ולכאנ:
dalitius vinum temperari posset, buc & illuc: nam in ipso calefactorio
מחריכין בו את החמן שמוגים בו הין: Calefaciebant aquam, qua
temporabant vinum. Hoc quoque affirmat Maimonides: והוא המים
שמוגים בו יונם באטצע, erant, inquit, aquæ (calidæ) quibus tem-
perabant vinum, in medio. Vide Jom Tobh ad citatam Mischnam;
An autem quodlibet convivium suo fuerit instrutum calefacto-
rio & quare usurpaverint calidam ipsam aquam, non explicant.

§. 3. Porro magni ponderis occurrit quæstio, scilicet an
Pascha à duobus collegiis inter se divisis, consumi possit? seu in
tot distribui frustula, quot sint convivæ, ut quisque convivarum
separant edat, ac si esset cum semetipso quædam **societas?** Misch-
הממנה עמו אחר na 4. cap. VIII. Pesachim hujus casus meminit: בלחקו רשאין כי חברה ליתן לו את שלוי: והוא אוכל משלו:
Qui annumeraverit secum alios ad portionem suam
licet sociis ut dent ipsi, quod est ejus & ille comedat de suo, & illi comedant
de eo, quod est eorum. Obadias de Bartenora declarat hoc modo

schatis non promiscue accubuisse cum foeminae, servis, & liberis.
 Mischna 7. cap. VIII. **אֵין עושין חֲבֹרָת נְשִׁים וּבָרוּם וּקְטַנִּים**. Non faciunt societatem è mulieribus servis & parvulis. Sunt quidam, qui
 חֲבֹרָת heic loci ita intelligunt, ac si nulla societas esset justa &
 permittenda, in qua annumerantur servi, foeminae & parvuli:
 aut, cum in quadam familia, sufficienti ad totum agnum consu-
 mendum, invenientur liberi, servi & mulieres, tum servi sepa-
 ratim, quasi tota esset societas, de carne agni, maestati pro to-
 ta familia, comedere debent, eodemque jure frui foeminas, &
 liberos volunt; Qui priori sententiæ assentiuntur, Bartenoram
 habent antistitem in explicatione ad hanc Mischnam. Qui po-
 steriori R. M. B. Maimonidis in notis ad eandem, vestigia pre-
 munt; Verum meo quidem judicio ita Mischnæ verba sunt in-
 telligenda: nempe, si familia quædam existeret ex servis, mulie-
 ribus & parvulis, quod non separatim servi cum servis, mulieres
 cum mulieribus & parvuli cum parvulis, de unico illo agno pro
 tota familia jugulato, comedenterint, ac si viderentur tres separa-
 ta societas, sed omnes circa UNAM MENSAM circumjece-
 rent in suis lectis, servi in lecto separatim, mulieres in lecto sepa-
 ratim, & parvuli in lecto separatim; non mulieres cum servis IN
 UNO LECTO, nec parvuli cum servis IN UNO LECTO;
 quomodo quodlibet genus erat distinctum, attamen fuit unica
 societas. Partim hoc è præcedentibus paragraphis perspicuum,
 partim è Gemara sum demonstraturus fol. 91. Pesachim in fine:
מֵעֶבֶדִים חֲבֹרָת שְׁכֹלָה נְשִׁים וְהַתְּנִינָה אֵין עושין חֲבֹרָת נְשִׁים וּבָרוּם וּקְטַנִּים: **כִּי לֹא נְשִׁים לְחוּרְיוֹן וּבָרוּם לְחוּרְיוֹן**: אמר לך ר' **לְתַתְּנִינָה**: Quinam, querunt, faciunt no-
 bis societatem, è singulis mulieribus? Anne docuimus minimè congregabis so-
 cietatem completam, è mulieribus, servi & parvulis; Quare non SEPA-
 RATIM mulieribus, (licitum est suam dare societatem,) servi SE-
 PARATIM suam, & parvulis SEPARATIM suam? Responsum accepit,
 minime gentium. Tosaptha rationem addit, quare mulieres totam
 societatem conficeret, cum semetipuis nequeant, **אֵין זְהֻרִין**, **לְשָׁמָר הַפְּסָח וּמִכּוֹת אֶת לְרִי פְּסָח**:
 Paschatis festivitatē custodiare non possunt, quapropter in dedecus rueret:
 Imo Gemaristarum sententiam ed inclinare, ne in uno lecto simul

נשים ועכרים משומן הפלורה: קפנין ועכרים משומן dem pagina: **פריזותהן**: Mulieres & servi (non in uno lecto accumbunt) propter transgressionem, parvuli & servi (non in uno lecto simul) propter appetitum ad paederasiam, (ut Glossa explicat) de his vide ibidem plura.

¶ 5. Tandem quoque paucis delibabimus, quibus ritibus ceperint cibum. In Ægypto adstabant mensa paschalem ecenam celebrantes, verum Hierosolymis illud planè invertiebant, & mensa accumbebant; imò si esset pauperissimus in toto Israele, ex Tamchui alimentum quarens festivitati paschali non satisfaciebat, nisi discumberet, Mischna i. cap. X. Pesachim docet, פירש מינימא edes, nisi inclinatus. Maimonides in sua החדש subnexa titulo Pesachim capit. ult. edit. Amst. fol. 127. p. 1. זוויכנו לאכול בחסכה כרו ישאכל כזר שאמלכים: ait in principio: ut שיחיה דך חרומות: Necesse est, ut comedamus corpore inclinato quomodo reges & magnates comedere solent, quod libertatem indicat. Servi quoque alias stantes ministrabant dominis, hac autem nocte discumbebant simul ac heri: in Gem. Pesachim Hierosolymitana fol. 37. 2. R. Levi dicit, mos servorum est, ut edant stantes; at nunc comedunt RECUMBENTES, ut dignoscatur exiisse eos e servitute in libertatem. Vide Celeberrimi Ligtfootii Horas Talmudicas ad vers. 20. Cap. XXVI. Matthæi. Accumbebant vero inclinando corpus in sinistram latus. Gemara Babylonica in Pesachim fol. 108. exstat: פירקן לא שמירה הסיכה: הוسبת ימץ לא שמירה הסוכה Supine jacere non vocatur accubitus, & in latus dextrum recumbere non vocatur accubitus. Vide & Berachot fol. 46. 2. Mischnam 6. cap. VI. Berachot; & ad eandem Bartenora explicationem. In Schylchan Aruch in Orach Chajim Josephi Karonis edit. Venet. כשותא מיסב לא יTheta על גב ולא על פניו אלא על שמאלו: in 8. f. 146. col. 3 exstat, Cum accumbit (Iudeus) non inclinat se in dorsum, vel in faciem, nec in dextram, sed in sinistram. Consule & Kimchium in libro Radicum edit. Venet. in fol. pag. 320. Vide &, quid R. Salomon ad vocem ימץ Amos II. v. 8. obseruavit; Maimonidem quoque adi, in הלכות ברוכות cap. VII.

(29) 56

VII. Particularia quedam accubitus descriptis Maimonides, in Hilchos Chamez Umazza, cap. VII. §. 8. לא אכל עד שישב: אשר אינה ארוכה הסיבה: ואם אשר חשוכה היא ארוכה הסיבה: וכן אין ארוך אבוי והמשם בפניהם ארוכין הסיבות: אבל תלמיד בפניהם רבו אינו מוסכ אלא אם כן נתן לו רבו רשות: והסביר ימן איזה לו הסיבה: וכן המסביר על ערכו או על פניו אין זו הסיבה Etiam si pauper sit in Israel, non edat nisi accubuerit; femina non obligatur ut accumberet; si tamen esset femina honorata, accumbere debet, (eadem leguntur in Kitzur pil-ke Harosch subnexus titulo Pesachim edit. Amst. fol. 139. col. 3. num. 20.) Filius quoque apud patrem, & servus coram domino accumbere debebat, sed discipulo coram magistro non licet accumbere, (hoc in Gemara, ex qua pene omnia summis, negatur,) nisi impetrata a magistro licentia. Neque accubitus in dextrum (latus) habebatur pro accubitu; Neque si quis accumberet reclinans in cervicem, vel contra in faciem erat accubitus. Sed cum alii solidiori studio in hoc genere desudarint; remitto Lectorem, ad eos, scilicet ad Clariss. Dassovium in dissertatione de accubitu, Ligttootium cit. loc. Cel. Buxtorfium de Cena Domini §. 33. 34. Maimonidem in Hilchos Berachot, cap. VII. Joh. Baptist. Villalpandum, in Explanationum in Ezechielem Tomo I. ed. Romanæ in fol. pag. 293. Petrum Ciacconium de Triclinio edit. Amst. in 12. pag. 98. Jacob. Sponium in Miscellaneis eruditæ antiquitatis, in dissert. de Tripodibus figura 5. & 7. edit. Lugd. in fol. pag. 118.

Se&. II. Cap. II.

De ritibus circa Poculum benedictionis observatis.

Contenta.

- §. 1. *Vinum, quo utebantur in Paschate, an fuerit rubrum? Quare vi-num חַמֵּר vocetur?*
- §. 2. *An iste satisfaceret celebrationi Paschatis, qui puro vino frueretur? In Judea vinum valde erat strenuum, necessario idcirco requirebat aquæ permixtionem.*
- §. 3. *Principue poscebat aquam Poculum benedictionis.*
- §. 4. *Decem ritus, circa poculum benedictionis observati.*
- §. 5. *An primo, vino seu dici benedicendum*

dum sit? Disensio ideo inter Scholam Schammai & Hillelis exorta,
§. 6. Quis primo libaret poculum? Vinum bibendo accumbebant,

f. 1,

Poſtequam cuncta rite fuissent obſervata, conyivis ſecundum ſexum ſeparatis & in lectis inclinantibus, menſam inſtruēbant mappa ſua pelliſea teſtam, eique imponebant poculum, an au-tem vitreum, caſatum, aut Alexandrinum fuerit noſtrum non eſt diſſerere; ſed tantum obſervabimus primo, quali ſpecie liquoris fue-rit impletum, & ſecondū quales circa poculum ritus obſervarint. Spe-cies liquoris erat vinum, & quidem plerumque rubrum, hinc ſcri-bunt in Levusch. Num. 172. §. II. בְּצֹהַר לְחִזּוּר פֶּסְחָה מִצְוָה בֵּין אֲרוֹם Præceptum eſt inquirere comparare vinum rubrum, quia illud generofius eſſe ſoleat, quam album: Sic quoque in Talm. Hierofol. Schabbat fol. II. pag. I. dicunt בֵּין אֲרוֹם לְצֹאת Præceptum eſt, ut vino rubro praeflet hoc officium, & in Gemara Babylonica, fol. III. p. 2. רִיחָורָה אָמֵר: צְרָךְ שִׁירָה בְּצֹהַר וְחוֹרָה: אָמֵר רָבָא: מְתֻרָּה רָבָ וְחוֹרָה: בְּצֹהַר אָל תְּרָא בְּצֹהַר וְחוֹרָה: אָמֵר רָבָא: מְתֻרָּה כִּי וְהַרְאָה Rabbi Jehuda dixit, neceſſe eſt, ut ſit in eo vino SA-POR & ASPECTUS, querit Raba, quānam ſit ratio, verborum R. Je-huda? (responsio eſt) scriptum eſt (Proverb. XXIII. vi. 31.) ne reſpi-cito vinum, quum erubescet, hoc dicto demonſtrant neceſſitatē vini rubri, veluti Rabbi Salomonis filii Meier eſt Glosſa ad hunc Gemarae locum; Tosaptha, inquit, ea gratia debere uti rubido, quoniam hoc requirit Majestas. In Judæa vinum pluri-ma ex parte, rubro gaudebat colore; hinc opinatur Clariss. Bo-chartus in Hieroz. part. I. pag. 189. accepiffe nomen חַמָּר, Chamar, nam in Arabica lingua Vinum denotat لَامْ حَمَارْ ACHMARANI in numero duali, à radice CHAMARA rubuit, quod & ad-huc in lingua Persica eſt uſitatum; ſicut & vinum חַמָּר in ſin-gulari numero vocant; de quibus vide P. Angelo à S. Joseph. Gazophylacium lingua Pers. Verum quicquid illud ſit melius, quam rubrum, illud praefertur. Quapropter videmus pari modo illum præcepto Rabbinorum ſervire, ſeu albo, ſeu rubro uta-tur; ſi modo delectetur vini ſapore & ſplendore, vide Buxtorfi diſſerat. paragr. XX,

f. 2, Ali-

§. 2. Aliquando biberunt vinum purum, nulla alia re illa quida conditum, licet יונס זוק מאר vinum ipsorum valde strenuum esset, uti loquitur Glossa in Berachot fol. 50. p. 2. Concedunt quidem Gemaristæ illum, qui יונס vivum, hoc est, non aqua mixtum vinum, ebit, præstituisse suum officium fol. 108. p. 2, linea 3. Pesach. edit. Amst. Sed paulo post, loquitur Rabba: רוי יון יציא: **וְרַוי יָמִין יְצֵא:** Vino quidem debitum solvit, sed nullo modo observavit libertatem suam. Nimium genio suo indulxit legem contemnendo, nam R. Salomon filius Meir, addit nullus in terra sancta dignitati sue respondens quicquam agebat, nisi vinum permisceret **AQUA.** Verum, pergit הַנּוּ מִירָה בִּיּוֹנָה שְׁלֹחַן דָּרוּוּ עַל חֶרְתָּה מִיאָ: אֲכַל יְנֻזָּה שְׁלֹטָנוּ: Hec tantum dicta sunt de vino terræ sandæ, ubi permiscebant unam vini, cum tribus aquæ partibus, vinum autem, quo nos utilizur, (in Europa degentes,) non requirit aquæ mixtionem.* Eadem נְרָאָה דָּרוּקָה בִּיּוֹנָה שְׁלֹחַם שְׁחוֹן: Thosephot scribunt: **דָּרוּקָה בִּיּוֹנָה שְׁלֹחַם שְׁחוֹן:** דָּרוּקָה בִּיּוֹנָה שְׁלֹחַם שְׁחוֹן: **אֲכַל בְּשָׁלָטָנוּ**: Desiderat tantummodo vinum ipsorum (in terra sancta habitantium) aquæ permixtionem, nam admodum erat strenuum. Nostrum facile ea caret, in Gemara fol. 50. p. 2. De vini temperati origine & usu apud gentes profanos ac Judæos vide omnino Clariss. Viri D. Theodori Hasæi, sautoris mei summe devenefandi dissertat. heic Bremæ habitam, in qua anquiritur: Num Christus in institutione S. Cœne vinum adhibuerit aqua temperatum. כוס ברכה, seu poculum benedictionis, de quo in praesenti loquimur poscet aquam; nam, הכל מודים בכוס של ברכה שאין מברכים עליו עד שותן מים.
In eo omnes consentiunt super poculum benedictionis, non benedicendum esse donec immisceatur ipsi aqua. Vid. Thosephot in Pesachim f. 108. p. 2. & in Berachot fol. 52. Attamen, dices Lector, expresse docent Gemaristæ ibidem in Berachot fol. 51. Poculum benedictionis ex merito vino non aqua mixto constare, debere; Respondeo, verbis

* Duo haec loca ex ipso Talmude excerpta possunt Pontificios atro notare lapillo, dum sacramenti cardinem in pernitione ponunt, cum saltem forte fortuna acciderit. Tridentini quoque Concilii Patres, qui Cap. 8. diro anathemate serunt secus credentes octo validissimis argumentis refutavit, Cap. IV. §. 6. citat, dissert. Reverendus Hasæus.

๖ (32)

שלא ומוגנו בכוס זה וישפוך בכוס אחר ויברכו, Non permiscetur, (vinum cum aqua) in hoc poculo, et infunditur in aliud poculum, ipsique benedicitur. Sed purum vinum prius in poculum benedictionis infunditur, & postea in eodem aqua permisceatur. Et hoc modo intelliges Rabbi Tham, permixtionem, & non permixtionem, de qua scribunt Thosephot in Pesachim c.l.

¶ 4. Ritus cum Poculo benedictionis consuetos numerantur decem, quos juvat ordine ex Gemara Babylonica Berachot, fol. 51. heic exscribere. Primo requirit illa: **הַזְרָחָה** lotionem, quae fit ut lavetur extra: **מִבְרֹחָה** **שְׁטִיפָה** **prolutionem**, ut lavetur extra: Tertio necesse est, ut sit **purum**, quod ita exponit Raschi: **שְׁמֹרוּ** **וְנִזְרְחֵנְהוּ** **בְּמִים** **לְאַחֲרֵ שְׁנָתָנוּ** **בְּכָסֶת** **רוּחָה**: Secundo **plenum**, **מְלִיאָה** **vinum** in poculum benedictionis fuerit immixtum. Quarto **plenum**, **אָמֵר** ר' יוחנן כר המברך על כוס מלא נורנין לו נחלה בלא מצרים **Dixit** Rabbi Jochanan quicunque benedit poculo pleno, accipiet hereditatem absque ullis limitibus, sicuti dictum est Deut. XXIII. vi. 24. addit Schilchan Aruch in ritibus convivii Num. 18. ¶ 3. **עַמְתָּר** super omnes ripas, id est, omnino repletum, esse debet. Quinto, poscit **Coronationem**, ר' זיהודה אומר מעתה ר' יוחנן כה לגדותיו. Sexto, ר' פפא מעתה ורwb: ר' אשי פרוס סוררא ער Obvelationem, שטוף Rabbi Jehuda dicit, coronatur per discipulos suos, ut conviva, nempe circumiacente circa patrem familias instar CORONÆ. Sexto, ר' פפא מעתה ורwb: ר' אשי פרוס סוררא ער Octavo, נחנתנו לימין, Buxtorfi dissert, de sacra Coena §. 72. poculum tenet poculum (benedicendo) **dextra**. אמר ר' אשי הואי **וְאַשְׁנָוּת** אמר ר' אשי הואי **וְרֹא** איפשט ר' אשי **אַבְשָׁעָה** **Inquit** R. Aschi, quoniam priores objecerunt (an & dexteræ benedicendo succurrere beat sinistra) Ipsius vero non satisfactum est, ideo nec nos illud concedimus. Vide & Clar. Buxtorfi Synagogam Judaicam, Cap. XII. Nono, Elevat ē terra, seu mensa, poculum, circa dodrantem: כוס ושותה: אמר ר' אחא ברבי חנניא פcio קראה: **Querit** R. Acha filius R. Chaminæ, Quo scriptura loco hoc obsignatur? Respondent ex CXVI. Ps. v. 13, Poculum sa- lutis

(33) 50

לעתן עיניו בו
lutis sublevabo, § Nomen Iehovæ prædicabo. Decimo
Paterfamilias, oculos in illud Poculum figit. Quare?
כִּי הַוְיכָרֶלָא
הנְּסָחָה רַעֲנִיהָ מִינּוֹ
hanc qb causam, ne amoveatur mens ipsius,
benedicendo poculo.

§. 5. Sequitur jam ipsa benedictio: verum iterum superstitionis nimis Judæi nodum inscirpo querunt. Objiciunt: *An primo benedicendum sit de die § dein de vino; seu an primo de vino § postea de die, Pesach, Mischna 2. cap. X. In Berachot fol. 53.* futilibus sermonibus lectorum hic detinent, quare eos repetere omnino displicet: interim ad eos te remitto, mi Lector, & quoque ad notas 1. Mischnæ Cap. VIII. Berachot, Bartenoræ & Jom Tobi. Prius SCHOLA SCHAMMAM statuit: Posterius SCHOLA HILLELIS, cui & soplito per Bathkol bello, vietas dedit manus schola Schammam; de quibus vide fol. 114. pag. 1. Gemaram Babylon. Pesachim, & Celeb. Ligtfootii Horas Talmudicas ad cap. XXVI. vs. 26. Matthæi. Consentit & RAMBAM, in Chamez Uimazza cap. VIII. Ita quoque in Hagada vulgari expressum, mihi pag. 185. Cum Pater familias numeratas modò decem oblerationes, rite dispositissæt, incipit his verbis *vino prius benedicere.* בָּרוּ אֶתְהָ *בָּרוּ יְהִי אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם בָּרוּ זָמָן:* Benedictus es, ô Jehova Domine noster, Rex mundi, qui creasti fructum vitis. Huic arte cohærebat, benedictio diei, quæ hac erat סָלַר אֶתְהָ *Benedictus es, ô Jehova Domine noster Rex Mundi, qui elegisti nos p̄ omni populo &c. &c.* Quando Pascha in Sabbathum incidit, aliis atque aliis benedictionibus sanctificant, scilicet, lucem, distinctionem, seu Habbalam, & tempus festi, quod vulgo יְקַנְּחָז Jakinbas, vocant; Cui præterea placet logomachiam Gemaristarum de hisce ritibus audire adeat Babylonicum Talmud Pesachim fol. 102, p. 2. & fol. 103, pag. 1. & 2. Clavem operosæ hujus disputationis exhibet fol. 102, pag. 2. R. Salomon filius Meier, in sua Glossa, vide & fol. 59, pag. 2.

§. 6. Converto me ad circumiacentes convivas, quippe benedictione absoluta Pater familias bibebat haustum è poculo. In Levusch in ritibus de Sabbatho Num. 271. §. 14. מצוֹר מִן
המובהר הוא שטועת המקור תחולת שהוא המברך ואחרך יטעמו כל שטועים כל אחד מלא לוגמי;
E

munum & præstantissimum esse, ut sanctificans, seu benedicens primo gustet ac
 postea omnes accumbentes gustent unusquisque haustum. Eadem in Colbo
 Num. 25. fol. 21. col. 3. leguntur: אַחֲרָ בְּרָכָת הִין שׂוֹתָה כֵּל אַחֲרָ מְחוֹס שֶׁל בְּרָכָה מְרָא לְגַמְיוֹן:
 unusquisque accumbentium ex poculo benedictionis haustum. vide Cl. Bux-
 torf. dissertat. de sacra Coena §. LXXVI. Hac tamen serie, ut
 prius velarent capita sudario, nam poculum benedictionis requirebat
 עַטְוֹף ut supra ex Berachot audivimus: ratio est, quoniam Iudei
 nullas ferme benedictiones recitabant, nisi velatis capitibus, de
 quibus vide Cl. Campeg. Vitringam in Synag. Veter. lib. 3. part.
 2. cap. 13. & Clar. Dassovium in dissert. de accubitu. Porro ac-
 cumbebant in latus sinistrum bibendo è poculo, in Kizzur Piske
 Harosch subnexis titulo Pesachim cap. ult. §. 20. ed. Amst. fol. 139.
 col. 3. נָשָׁר יְהִי נָשָׁר בְּשֵׁחָבָה כֵּל רְכוּסָתָן: Vinum quoque acquirebat
 accubitum ad omnia quatuor pocula. Perfectiorem explicationem leges
 in Gemara Babylonica fol. 108. in med. primæ paginæ. Consule &
 Schible Leketh in Hilchos Pesachim edit. Venet. in folio fol.
 29. col. 4. in fine. Retinuere quoque eundem ritum hodierni Jü-
 dæi in libris precat. sub titulo Haggada pag. 186. mihi edit. Amst.
*Wann du Kiddusch (benedictio diei) aus hast, da leg dich auf die lin-
 ken seite, und trinck von deinem Cos, asso phiel Wein, as da kan gehn in
 einen Hiener-Ey Schall.* Posteaquam igitur, quilibet accumbentium
 è poculo benedictionis haustum bibisset, ait Maimonides in Hil-
 chos Chamez Umacza: אַחֲרָ כְּבָרָךְ עַל נְטוּלָה דִּינָם: וְנוּטֵל יְדוֹם:
 Dein benedit Paterfamilias lotioni manum, & manus lavat; De quibus
 vide Clariss. Buxtorfii Vind. Exercit. de Coena Domini §. 48. Bene-
 dictio ista ita sonat: בָּרוּ אֱתָה יְהָוָה מֶלֶךְ דְּשֻׁרְלָם אֲשֶׁר
 קָרְשָׁנָה בְּמִצְוֹתָיו וְצָוָן עַל נְטוּלָה יְדוֹם:
 Benedic tus es, ô Jehova
 Domine noster Rex mundi, qui sanctificasti nos legibus tuis, & præcepisti
 nobis lotionem manuum. Quomodo autem ex quo præcepto & quo-
 usque manus lavant fuse egit Celeberrimus Buxtorfius in singulari
 Dissertatione, de lotione manuum, quam adi.

Sectio-

Sectionis II. Caput III.

De Ferculis.

Contenta.

§. 1. Primo intingebant olera in acetum, non herbas amaras, ipsisque benedicebant. §. 2. Azyma quare מצות vocata sint? Quid בפרפרת?
Quilibet absque discriminē tenebatur confidere azyma. §. 3. Genera amararum herbarum explicantur, Quid חזרת? Quid שולשין?
חרוסת חזרת? §. 4. מרוּר וחרחיבנה חמץ? Quid מרוּר וחרחיבנה?
Quale fuerit pulmentum, cuiusque in memoriam adornatum? Quid נסיך?
§. 5. Sacrificium festi Paschatis simulac Pascha assabatur florente sanctuario. §. 6. Quenam membra Agni Paschalis ejus fuerint apta וlicita? ראשנִים quid sit?

§. 1.

Am apponunt olera. Mischna 3. cap. X. Pesachim refert חביו כהן: לפנו מטבח בחורין: adportabant coram ipso (patre familias) lactucam, ut comedederet: Omnes penē interpres, cum lactuca intingere, tantum concedunt, quando alia olera non adsumt: Per חזיר autem intelligunt amaras herbas, quia הזרת seu lactuca inter amaras herbas primum tenet locum, sicut ex Mischna 6. cap. II. Pesachim appetat: Per וירקות Olera intelligunt ea, quae non sunt amara, uti Petroselinum, Chærophylum, apium, vel quæcumque allubuerint; Hæc primum erant ferculum, eaque intingebant in acetum, seu aquam, non in embamma Charoseth. Expresso illud Thosephot docent, fol. 144. sub voce מטבח: ומיוחה מטבח illud Thosephot docent, fol. 144. sub voce מטבח: חוכה שהטביל ראשון הו בשר וירקות: אע' לטבול בחורין: אלא או בחומץ ובמים: Omnino necesse est, ut prima intinctio fiat cum diversis oleribus ו non in EMBAMMA Charoset, licet, intingere, sed in ACETUM, seu aquam. Idem affirmant in voce חלילה: Ritum hunc Deus non præcepit, verūtamen legibus ipsius non contrarietur, nam cum: שאין בני אדם רגוריין לאככל ורך קורם טערדה nullus hominum soleat comedere olera ante cœnam, uti Raschbam loquitur, כי היכי דליהו הוכירא לתינוקות: edant ea fol. 114. pag. 2. scilicet rogandi, quare illud insolens, præ ceteris noctibus peragant? Compendium totius hujus ritus vide apud Jom Tobi, in notis ad citatam

tatam Mischnam: וְרָקַחַ ergo seu Olera ista prius comedebant, antequam herbas amaras mensæ imponebant; sicuti hoc Raschi in Gemara fol. 114. pag. 1. explicat juxta mentem Mischnæ: Non verò, quomodo Rambam in suo tractatu Cham. Umazza, docet, assuetum fuit olim olera, herbas amaras, Charoset, agnum, & Chagiga, omnia simul afferre: Nostræ sententie & ho- dierni Judæi ad stipulantur, in Hagada aliquoties adducta, p. 186. scribunt: Daernach nim Epheg oder Pittresil, und tunck ein in Eßig oder Salz-Wasser, und mache Baracha, und gibt dein Gezind auch. Benedictio בָּרוּךְ אֶתְהָ יְהוָה נָמֵן מֶלֶךְ הָעוֹלָם בָּרוּךְ פָּרִי רַאֲמָרְתָּ Benedic̄tus es, ô Jehova Domine noster, Rex mundi, qui creasti fructum terræ. Vide de benedictione illa Gemaram fol. 114. pag. 2. Pesachim; Eandem quoque recensent, quando aliis oleribus destituuntur, & pro iis Chazereth seu amaris herbis fruuntur: uti R. Maimon me docuit in explicatione ad Mischnam 3. cap. X. fol. mihi 127. col. 2. edit. Amstel.

§. 2. Hisce gustatis, omnia fercula, una vice, quibus solenne illud festum celebrabant, ordine adducebantur, nempe ex Mischna 3. cap. X. Pesachim וְשַׁנִּי תְּבִשְׂלֵין ḥoros̄תּ panis azymus, laetitia (Herba amara) Pulumentum, & due coctura; singula separatim contemplemur, est genus panis absque fermento, in numero plurali מצהּ azyma, quo numero usitatus occurrit. Azyma à Deo sunt præcepta Exod. XII. vs. 15. מצות תאכלו: azyma comedetis. De confectione illarum placentarum, figura ac cæteris ritibus prolixè egit Celeb. Buxtorfius in cap. XVII, Synag. Jud. pag. 397. edit. Bas. quem, si placet, evolve. Pagina 400. ait relatum ipsi fuisse, divites Judæos delicatioribus placentis frui, quas עשוּרָה placentam divitem vocant: Illud memini me legisse apud Leonem Mulinensem parag. 5. cap. III. Partis III. ubi & plura de confundendis azymis invenies. Optime vocantur מצהּ azyma, ab omni fermento pura, quæ descriptio Arabico respondet idiomatici, Arabes enim cuncta sincera & pura nominant صاص MO-ZAZON, & مصوص MAMZUZON, gracile & tenui quid ipsis est. Hinc fortassis est, quod R. Nachman ad 2. Mischnam cap. VI. Berachot observavit: nam, cum alii & plurimi quoque Judæi per

(37)

per בְּרִפְרָתָה וְתַחַת ex Mischna 3. cap. X. Pesachim fractionem azymorum intelligent; ille Mazzam ipsam seu azymorum materiam per לְפִי שָׁהֵא עֲשֹׂוֹת רְקִיקָם וְה' ק' עַד בְּרִפְרָתָה intelligit; ratio est Quoniam solebant panes illos fermentatos valde TENUES formare, hinc scias quando dicit (cita- donec pervenerint ad PARPARAT, intellige, do- ta ex Pesha, Mischna,) donec pervenerint ad frustula illa, que sunt IPSA AZYMA. Hæc a- zyma conficere, cuivis incumbebat, absque ullo discrimine. Nec quoque in fastidium ipsorum si quis adductus esset, delicato dente ipsa remandendo, genium suum defraudare audebat. Sed laute munus administrare & azyma edendo voluptate quadam frui, conveniebat. Et adeo tenaciter huic præcepto inhærebant, ut nullum absolverent, nisi de ipsis cibasset. Rabbi Gamalielis dicta admodum hoc urgent, Quicunque non exposuit, ait, hac tria מצה מרוּר דָא יְצָא וְרַי חֻכְתוֹ Pascha (scilicet) azyma, Amaras herbas, non debito suo satisfecit; secundum Mischnam 5. cap. X. Pesha. Nec sana ipsi deest ratio illud pro certo credendi; addit ex citat. Mischn. על שום שנג��ו אבותינו מצורין quoniam Patres nostri redenti sunt ex Agypto. Aliam in medium producit rationem RAMBAM in fine Chamez Umazza. Verum Rabbi Nachmanidis sententia rationi magis consentanea est, collectionem harum opinionum exhibit nota doct. Jom Tobi ad citatam Mischnam.

§. 3. Secundum ferculum, quo mensam exstribabant, erat scutella herbis amaris impleta; Exod. XII. vs. 8. generali voce insig- niuntur מְרוּרִים scilicet; LXX. ἡ τομεῖδων reddunt. Cyprianus hoc rectè vertit cum picridibus. Notat autem Nobilius τομεῖδα apud Aristotelem & Theophrastum, verti amaraginem ac genus quod- dam intybi esse asserit. Jonathan Paraphrastes ille certas quasdam herbarum species, designat, על תומכה וועלשין: cum Tuncha וְUlchin. In Mischna 5. cap. II. Pesachim tres præterea adduntur hac serie, חזרת: וועלשין: חזרת: ומרור: וחרבינה: ומרור: וחרבינה: ומרור: וועלשין: חזרת: Lactuca, Inty- bus, Thamcha, Charchabina ו Marur. Quemlibet ergo, qui hisce quinque speciebus herbarum vescebatur, transgressionis exper- tem Thalmud judicat cit. loc. Mischnæ. Sed meritò queris, (mi- Lector,) Quid sibi hæc verborum monstra volunt? Vacatne?

Age-

Agedum! petamus Orientem, animoque investigemus curioso, an-
ne quædam sint invenienda, vestigia harum herbarum referentia:
Ordiamur ab ovo, Quid חורת? est lactuca, sicuti explicatur hoc
modo in Gemara Babylonica fol. 39. p. 1. Nam idem est ac si A-
rabice خس CHASSON pronunciarès, quod lactucam indicat; &
adhuc in lingua Persica usitatum; referente Ang. à S. Joseph, in
suo Lexico: vulgo vocatur, secundum mentem Raschi ad citatum
Gemaræ locum ליטונה lactuca: cum itaque satis pateat, quid per
חרות intelligent, consultius judicavi explicationi ipsius non
diutius immorari; remitto interim Lectorem, ad Buxtorf. Lexi-
con Thalmudicum in voce, ad Celeb. D. Bochartum in Hieroz.
pag. 603. & ad Maimonidis atque Bartenoræ commentaria ad
Mischn. 5. cap. II. Pesachim. Sequitur שולשין, quod commode
Intybum redditur, in Gemara pag. 1. fol. 39. docent ipsius synoni-
ma esse Arabicum חנרכי, seu juxta Gieuharin Arabice هندب
HINDEBON, quod Golius exposuit intybum. Gemara Hiero-
solymitana interpretatur, טורקיסימן τρωξιμον; τρωξιμα sunt quidem
in genere, quæcumque deradunt & cruda assumuntur, sed &
præsertim intybum denotat. Sic ait Aet. libro 9. cap. 48. ἀγαλαμ-
βαιε χυλῳ τρωξιμῳ, hoc est, excipe succo intyborum; & fermè sem-
per expositionis gratia conjungit Trallianus ιντυβον τρωξιμα: Clariss. Salmasius in exercit. in Solini Polyhistora pag. 898. docet,
Arabice quoque TROXIMEL intybum silvestre vocari. Nos
Germani adhuc hodie herbae hujus delectamur cibo, nec ipsa vox
Arabica oblivione deleta est, nam cui nostrum ignota Endivien?
Jam accedit תחמча, Thamcha, varii vario modo illud verbum in-
terpretantur. R. Salomonis Glossa in Gemara fol. 39. מרוביה מ-
MARRUBIUM habet; Jom Tobh ad citatum Mischnam cum ver-
bo קרין Maretig, seu Raphano majori convenire, putat. Gema-
ra Hierosolymitana גונגור נזירד exposuit. Clariss. Bochartus,
in Hierozoico pag. 607. opinatur Thamcha palam alludere ad Pli-
nianum illud Tannacum, seu Parthenium. Bartenora ad citatam
Mischnam scribit סוב הגרל סבוכות הרקל חמקא esse, her-
bam quandam excrescentem circa palmam. Certam vero speciem non
designat, quod jure miratur Jom Tobh. Quid? Tamum, seu
Tannum, de qua herba, quædam scriptit Plinius lib. XXI. Cap.
XV.,

XV., anne judicas quodammodo congruere cum **תָמָלָא**. Faciliſima enim datur per mutatio inter **ת** & **ת**. Re ipsa conveniunt, nam **Tamum**, aut vulgo vitem nigram, hodieque in Italia edunt, ubi Italice **Tamaro** vocatur, ejusque teneros caulinulos & viticulas vere primo erumpentes, asparagorum more decoctas mandunt, ejus fructus, uva **Taminia** vocabatur: hæcque vitis nigra alio nomine, **Gynecanthen** Plin. Lib. XXIII. Cap. I. audit; Quid obſecto cum Hierosolymitanorum **תְּמַנְּגִינִי** convenientius? Converto me ad **תְּמַרְבִּנָּא** Maimonides ac Bartenora huic verbo cum ipſius ſynonymo, ex Arabica lingua petito, eandem tribuunt vim; nempe **תְּמַרְבִּנָּא**, quod juxta Gieuharin. قرصعه **KARZA-CHENNATON** eſt, & cum conſueto Arabum articulo **ת** scribunt **القرصعه L.** **KARZACHENNATON**, quod *Eryngium* denotat. Cui & meum lubens addo calculum, ob miram convenientiam inter Hebræorum **תְּמַרְבִּנָּא** ac *Eryngii* ſynonyma, quorum copiam Dioscorides lib. III. Cap. XXII. exhibet: ὁ δὲ γέργειον; quidam, inquit, *Eryngium* γέργειον vocant. Hoc quoque affirmat Neophytus, referente Cl. *Salmatio* Cap. LX. pag. 78. de *Homonymis Hyles Jatrice*; Ἡρύγγιον οἱ δὲ ἐγύγγιον, οἱ δὲ ΓΟΡΓΩΝΙΟΝ, sunt, qui *Eryngium*, *Oryngium* & *Gorgonian* pronunciant; sed quænam, objicis fortaffe, affinitas intercedat cum verbo γέργειον & Hebræorum **תְּמַרְבִּנָּא**? optima ſane nec longè petita; nam in *Gemara Babyl.* Pef. fol. 39. appellatur **תְּמַרְבִּנָּא** & **תְּמַרְגִּינִי** Charginin, quod ipſiſſimum γέρ-γειον eſt. Porro docet Dioscorides in *Ægyptiaca* lingua *Eryngium* audire καρβίνης: abjice terminationem græcam α, habebis καρβίνης, cuius literæ radicales ſunt κ β σ, quæ apprime convenient cum altero Hebraico verbo, ibidem in *Gemara* ipſi indito, **תְּמַרְבִּנָּא**, **Charobinin**; *Ægyptiaco* verbo præterea adde α præfixum, quod post primam radicalem injicitur, ſecundum vulgarem Coptitarum morem, docente Athanasio Kircherio in Grammat. linguae Coptæ, exſurget inde vox καρβίνης, quod idem eſt ac ſi cum emphasi diceres, hoc eſt *eryngium meum*, ſed hæc, ſufficient. Überriſſam enim, harum vocum, ſpiſiſſimis adhuc tenebris obrutarum, explicationem promiſit, Cl. David Wilkins Vir raræ eruditioñis. Super eſt כְּסֵכְרָא הוּא מֶרֶב כּוֹחֶרֶת. Bartenora inquit בְּנֵי מְרוֹר. Coriandri eſt species præ ceteris amari: fortaffe אֲמַרְנָה intellexere Ju-
dæi,

dat, quae est species coriandri, & in puto latior provenit; Inveni quoque apud Golium, Arabibus notum esse verbum, & re ipsa & sono valde simile, nempe مَرَاثُون MORRATHON, quod in duali numero Colochynthbin, seu absynthium marinum interpretatur. Clariss. Bochartus in Hieroz. aliam amplexus est tententiam & quidem firmiori basi nixam, nam ex مَرَاثُون Arabicum esse MERURIA ait, quod lactucum amaram & lacte fluentem significat: Ex Abenbitare hoc satis solide probavit; qui hoc modo scribit: في الكتاب الحاوي المزدوجة صنف من الحس لـ مـرـاثـون وـسـيلـون

In libro Alchavi (id est aggregatoris cuius author est Serapio;) Meruria est lactuce species, in qua amaritudo, & unde fuit lac. Gemaristæ fol. 39. Pesachim præterea addunt aliam herbam doctoribus Mischnicis ignotam, cuius mentionem hic silentio præterire absonum judicavi: Est nempe arbustum cuius nomen est Hiradphne; eruditè sane, ut solet Cl. Bochartus docet, in Hieroz. pag. 608. cum Rhododaphne seu Rhododendro congruere: Nam ex descriptionibus, quas Rabbini de suo arbusto Hiradphne, & Græci de suo Rhododendro memorie prodidere, vera & certissima patet concordia. Utrique tradunt bestiis esse lethiferum, homini vero nihil nocere. Lucianus, cum miro quodam μεταχρηστη in Asinum esset mutatus, ingratis saepè verberibus nervatus importuna aliquando hortum heri sui ingressus, ut rosas ederet, quibus in cibum sumptis sperabat se in hominem rursus reversurum; verum cum opinione esset deceptus, in talia asinus (ohe!) erumpit verba: τὰ δὲ ρόδα ἔντεινα, ἐν τῷ ρόδα αἰλαγίᾳ, τά δὲ τῆς αγείας δάφνης Φύσιμενα, ρόδα ἔπεινα ΔΑΦΝΗΝ εὐτὴν καλλέστιν ἀνθέωπι, κακὸν ἄλεστον ὅπῃ τῷ παντὶ καὶ ἑπαῖ. Φασὶ γάρ τὸν Φαρζήντα δυσθνήσκεν ἀνίκα. Quæ vīsē fuerant non erant rosa, sed LAURI SYLVESTRIS flores, LAURUM vocant homines malum, & asino & equo cibum, cum ferant ex eo edentes e vestigio mori: Eadem refert Dioscorides lib. IV. Cap. LXXX. & addit: Hominibus salutarem esse plantam contra veneficiorum morsis. Cui & Plinius subscriptit, lib. 24. cap. II. Hebræi explicando vires similiter utuntur stylo. In Jelammedenu scribunt: ארין הגדל על שפת הנهر ועשרות פרהון דומין, Arbustum, לשוניהם והן מרים בטור דרווא סם המות של ברוכם est

est crescens, ad oras annuum, floribus liliorum infar valde amaris quique bestiis sunt lethiferi: hæc quoque ad Mischn. 5. cap. IV. Cholin Bar-tenora & Maimonides referunt. Memorabile est, quod de hoc arbusto traditur in Gemara Pesachim fol. 39. **ערוף עץ שחמתק** משה אה מי מריה ואמרנן בסופת נס בתר נס שרווא חורה Hirdoph est arbor illa, qua Moses dulces reddidit aquas amaras, Ex. XV. 25. quomodo, uti in sota est, duplex credimus effectum fuisse miraculum, nam amaram aquam, Hirdoph amara arbore, dulcavit. Paraphrastes eadem enarrat in sua Paraphr. Exod. XV. vs. 25. **צדר קرم יי ואחריו לריה יי אלין מריר רארדפנוי וכותב עליי שמא רבא ויקורא וטלק לנו מיא ואתחלון מיא** Et oravit Moses coram Domino, qui indicavit illi arborem amaram, nempe ARDOPHNEN, cui inscripsit (Dei) nomen magnum, & pretiosum, eaque in aquas projecta, ille statim dulces factæ sunt. Aruch annotat nonnullos Hispanorum vocare **Sangigo**, quod palam alludit ad Ægyptiorum **τσωφήν**, qui ita Rhododophnen pronunciant, secundum ante citatum Dioscoridem.

¶ 4. Amara olera amaro gaudent succo, cui leniendo scutellæ ipsorum adhæret pulmentum, quod חרושא Charoset vocant; Hoc pulmentum è variis speciebus conficitur, quarum descriptionem legimus apud Bartenoram ad Mischnæ 3. Caput X. Pesachim; **עשין מהאנים ולזום ובטנים ושקריבן וכמה מיין פירות ומשימין בה תפוחים וכוכין הכל במווכח ומערבין בחומץ ונונען עליה הברין קנה וקמנון כען פטלות דקוט ארכות וכור** **לקש**; Conficitur ex ficubus, avellanis, pistaciis, amygdalis aliisque fructibus, quibus adjiciunt poma, que omnia in mortario contunduntur **Et miscent cum aceto**, cui adjiciunt condimenta, ut aromata, Cinnamomum in forma fascia filata oblongæ in memoriam paleæ. Eadem ferme in medium producit Maimonides in Hilchos Chamez Umezza cap. VII. §. II. sed modo paululum inverso; In Gemara Babylonica fol. 116. quærunt Rabbini **אי לא מצוה ממש מאי מيري לה: א"ר אמר משום** **קפא Si nullus preceperit (pulmentum illud) Quanobrem igitur adponant? Respondet Rabbi Amme propter Kappa. Quid est Kappa? Rabbi Chananeel in Thosephot fol. 115. pag. 2. Pet. exposuit **תולעת Vermiculum esse**, qui Lactucæ cauli sœpe innascitur. Quis mentis compos crediderit hoc unquam? Nugæ sunt. **קפא nihil aliud est,****

ut recte Raschi bis observavit (in Glossa sua ad hunc locum Gemarae,) quam succus adstringens herbarum amararum, quem insequi solet, ut indies experimur, tremor rigorve febrilis; hic tremor in Arabica lingua قَبْرَة KIPPA vocatur, à radice קַפָּה KAPPA, contraria fuit rei. Huic malo, à virentibus ac amaris herbis dependenti, ut medeantur, hoc utuntur pulmento. Rabbi Levi placet aliam proferre rationem necessitatem Charoset probandi gratia, scilicet quod sit נִכְרֵת תְּבִשְׁלֵם memoria mali. Nam puerperæ Israeliticæ, tanta facilitate in Aegypto pariebant, quanta quis malum de arbore deuterere possit; huc miseri trahunt verba Cant. VIII. vs. 5., quo verbis utar Cl. Syriæ hujii. Vide & Jom Tobh ad citatam Mischnam; verum alia explicazione R. S. B. Meier fol. 116. Gem. Bab. hunc ritum declarat. Rabbi Jochanan ibidem in Gemara, statuit, Charoseth venire נִכְרֵת propter memoriam coeni, quo Pharaon in Aegypto Patres ipsorum misere cruciaverat; Tandem concludunt, Gemaristæ ambo signa in Charoset occurrere, ut esset tam memoria pomi, quam luti, זְרַקְתָּ לְתִבְחָר לְתִבְחָר לְתִבְחָר. Necesse est, (dicunt) ut reddatur crassum, in memoriam luti, & acidum in memoriam pomi, hoc est, ut Glossa Raschbam explicat, ut חֲרֹסֶת permisceant cum pomis, quæ aciditate sua stuporem dentium inducent. Insuper & pulmento inspergere licitum erat crasse contusa condimenta זְרַקְתָּ לְתִבְחָר in memoriam straminis.

§. 5. Supersunt duæ cocturae שְׂנִי תְּבִשְׁלֵם. Quid novi refers δ Apella? anne Mischna tua in monte Sinai promulgata? Aut hæc veritas mira laborat difficultate, aut non codi-
ras, sed assūturas denotat. שְׂנִי תְּבִשְׁלֵם sunt absque ulla contro-
versia duæ cocturae; siquidem hæc nox stante adhuc sanctuario, ideo
præ aliis erat diversa, quoniam meritis assūturas fruebantur juxta Mischnam 4. Cap. X. & Gemaram fol. 70. pag. 1. Pesachim. Eg-
o hæc Mischna non in Sinai nata, sed post mirandam illam ur-
bis Hierosolymæ κατασχεθὲν derum conscripta; Imò ipsi Gema-
ristæ in Gem. Babyl. fol. 114. pag. 2. in fine tacite assentiuunt ד' יוסֵף אמר זְרַק שְׂנִי בְּשָׂר אֶחָד זְרַק לְחַנִּינָה Rabbi Joseph dixit, necesse est, ut adsint duæ species (eversa urbe) carni altera in MEMORIAM agni Paschalis, altera in MEMORIAM sa-
crificii festi. Quicunque vero recolit memoriam rei cujusdam satis super.

superq; declarat se credere, rem illam non in rerum natura adhuc existere: Gemaristæ statuunt in memoriam agni Paschalis & sacrificii festi comedendas esse duas illas cocturas, quapropter etiam credunt, Pascha & Chagigah plane abolita esse, quod per destructionem Templi effectum. Interim certum est Iudeos non solum assato agno se delectasse, sed & alia assatura, Templo scilicet florente; cuius rei indicium petunt Gemaristæ fol. 40. p. 1. Pesach. Gemara Babyl. ex S. Scriptura Exod. XXXIV. xl. 25. ubi לא ילין לברך ביה ות חנוכה הפסח: ביה ות חנוכה הפסח: Deus ait:

Non pernollabit usque mane sacrificium festi Paschatis, hoc sacrificium festi vocatur CHAGIGAH Paschatis. Maimonides in Cap. X. sect. 12. 13. מקרבן שלמים ורבים & 14. de Oblatione Paschatis uberius hoc explicat: בום ארבע עשר מן הבקר או מן חזן גורדים או קטנים וכרים או נקבות ככל ובחרו שלמים וזה נקרא חנינה י"ד ועל זה נאמר בתרה זבחת פסח לרוח אלחיך צאן ובקר: Offerunt cum agno pacifica die XIV. de bobus aut ovibus, majusculos sive parvos masculos, sive femelles, secundum omnia pacificorum sacrificia, atque hec oblatio vocatur CHAGIGAH diei XIV, & de hac victimâ sermo est in lege (Deut. XVI. xl. 2.) *Macta Domino Deo tuo Pascha oves & boves.* Sic quoque R.zan הרוות הפסח: Bechai ad caput XII. Exod. commentatur: בקר לשלמי חנינה כרי שירא הפסח נאלל על השבע: inquit, ad Paschatis debitum sunt boves ad pacifica festi, ut Pascha comedatur ad saturitatem. De quibus præterea, si vacat, evolve Cl. Bochart. Hieroz. pag. 566. ed. Fran. Frisch. dissertationem de agno Paschali. Gemaram Babyloniam in Pesachim fol. 114. p. 2. in fine ed. Amst. Thosephot quoque ibidem vide, & R. S. B. Meir Glos- sam. In Mischna 4. cap. VI. Pesachim, hoc statuunt: בה מה חזן מן הבקר מן הכבשים ומן העזות מן הזכרם הגנינה ארבע עשר אע"פ שהיא רשות ואנו יוצאת בה משום חנינה רינה ורין חנינה שוה ואין בינוות הפרש לא סדר

F 2

במן

בֵּין הַקְרָבָן וְלֹא בּוּמָן וְאֲכָלָה
 Sacrificium festi 14. prætermittendo, et si esset voluntarium, nemo satisfaceret debito festi; sit tamen ejusdem
 juris, cuius est sacrificium festi, ita non esset inter ea differentia, neque in specie
 sacrificii, neque in tempore commensationis. Cæterum, cum sanctuarium
 adhuc floreret, Chagigah & Agnus Paschalis communis fruebantur
 jure, nam ambo assabuntur; de Chagigah sequenti modo lo-
 quuntur Gemaristæ, fol. 40. pag. 1. Pes.
 אִבְשָׁא לְדוֹ לְבָנָ תִּמְאַת
 נְאַכְלָתָ צָלִי אוֹ אֲנָא נְאַכְלָתָ צָלִי: כִּי אֲקַשְׁתָּחַ רְחַמְנָא לְפָסָחָ לְרִינָה
 אֲכָל לְצָלִי לֹא אוֹ רְלִימָא לְאַשְׁנָא: רָא שָׁמַעַ הַלְּרָהָ וְהַכּוֹן צָלִי:
 Propositiona sunt hæc quæstio Ben Thème: an (sacrificium festi, de quo sermo est,) comedatur assatum, nec ne? Deus quidem præcepit (Exod. XXXIV. 25.) ne pernoctaret illud sacrificium tempore Paschatis; verum si assatum fuerit, nihil interdixit, an hoc modo intelligendum, aut fortassis ita non docemus? Veni & audi (Responsionem) Hac nocte OMNIA edimus ASSATA. Raschi addit
 צְרִיךְ לְאַכְלָה צָלִי וְאַפְּלוּ הַחֲנִינָה
 Necessario requiritur comedere illud assatum, Et iam festi sacrificium seu CHAGIGAH. Gemara ibidem paulo post hanc cum Chagigah & agno Paschali comparationem instituit: הַגְּנוּתָה בְּבָתָה עַם הַפְּסָחָה עַמְּדָה אֶלְךָ
 הַר דָּיו כְּפָסָחָ אֶנְחָתָ אֶלְךָ צָלִי: וְאַיִלָּה נְאַכְלָתָ אֶלְךָ
 Chagigah quando cum agno Paschali conjungitur, ecce aequo cum paschate fruitur jure, non editur nisi assatum, non editur, nisi ab ipsis convivis, qui in templo erant numerati. Et hanc ob causam annotat R. S. B. Meier fol. 116. Pes. pag. 1. Gem. Babyl. ad hæc verba: בְּכָל הלילות אָנוּ אַוְכְּלִין בְּשָׂרֵץ לְשׂוֹק וּמְבוֹשֵׁל הַלִּילָה הַזָּהָר כְּרוּן צָלִי: Omnibus noctibus comedimus carnem assatum, elixatam aut coctam, Et hac nocte OMNIA ASSATA. Sequentem observationem בּוּמָן קִים וְהַר שָׂוָר כְּנָזְבָן: שבות המקדש, stante adhuc Templo sancto, tantum bujus rei querebant rationem. Maimonidem quoque illud non fugit; nam in Hilchos Chamez Umalazza: בּוּמָן וְהַר אִינוֹ אֹמֵר hoc tempore, ait, non dicuntur ista verba: hac nocte non nisi assam, quia non habemus oblationem.

§. 6. Ultimum ferculum, cuius gratia tota festivitas adorata erat, jam contemplandum occurrit; erat illud ipse agnus Paschalis. Cum vero, jam pluribus de preparatione ipsius ad cibum hominis, supra egerimus; tribus heic saltem dicemus verbis,
 quas

(45)

quas traditiones Judæi memoriæ prodiderint, quidve docuerint de membris Agni Paschalis esui aptis & licitis, Mischna II. cap. VII. Pesach. hoc tradit; כל הנאכל בשור הגורל יאכל בגין הרך וראשי כנפים והסחוטים: Quicquid comeditur in bove magno; id comedatur in bœdo tenero; principia nempe scapularum, & cartilagines: Sensus est, quodcunque in bove majori, seu ætate robusto, omnibus jam membris cartilagineis induratis, comeditur, id quoque in agno Paschali consumitur, licet sit ætatis oīq dierum; atque ē contrario מה שאן נאכל בשור הגורל אין נמנן עליו בפסח: אעפ' שעכשו: **זהו רך חזайл וטפו לה קשורי**: Quodcunque non comeditur in bove (referente Bartenora ad hunc locum) magno, membris cartilagineis jam induratis, hoc non ad Pascha numeratur, (non edunt,) nam etsi modo tenerum sit in posterum tamen indarescat. Membra illa cartilaginea si quis comedisset, illum agno ossa fregisse, arbitrantur Judæi. הם אורים הנוירם sunt juxta R. M. B. Maimon, ראשי כנפיהם הקשים שהם סכיבו הפקים כארים ובבכמה וכבודם ובקשריהם איתון הפקים באיתון הנזירים Nervi illi, qui inveniuntur circum scapulas, in homine, in quadrupedibus, & in avibus, quorum scapulae ligantur, illis nervis, sive cartilagibus. Per hos autem intelligunt omnes cartilagineas, uti sunt סחוט ראות Cartilago auris, quæ הנוך dicitur Cartilagines perforis & costarum exiguarum in fine spini dorsi. Qui plura desiderat, audeat commentatores ad citatam Mischnam.

Sect. II. Cap. IV.

De reliquis ritibus inter & post Cœnam adhibitis.

Contenta.

- §. 1. Quomodo Pater filium erudiret? Quæ verba recitarint, Pascha, Herbas amaras, & azyma in altum tollendo? §. 2. Quomodo & quibus verbis glorifcent Deum. Quare stricte septies aut novies? §. 3. Hymnum cantabant cœna incipiente; Quare? §. 4. E poculo secundo libebant inclinando in latus sinistrum; manus lavabant. §. 5. Frangit Pater familias azymas; ipsisque benedit, azyma & herbas amaras an simul intinxerint? §. 6. Benedictiones recensentur sacrificii festi & Pascha-

Paschatis. §. 7. Convivium ulterius producebatur, § ad satietatem usque de carne sacrificii festi edebant. §. 8. Tandem iam saturi, olive molem de agno gustabant. §. 9. Quid אֲפִיקוֹמָן? §. 10. Quenan post cœnam observarint? §. 11. Epilogus.

§. 1.

Cum videam ultra limites dissertationem excrescere, fas mihi erit paulatim vela contrahere, & hoc capite ritus præcipios, adhuc restantes, primoribus, ut ajunt, gustare labris; ne imperfectum & præcocem protrudam foetum: Olera posteaquam, ut supra relatum, intinxissent ac comedissent, cæteris dampibus ordine structis מְגֻזָּו לוּ כָּס שְׁנִי: Infundebant convivis poculum secundum, juxta Mischn. 4. Cap. X. Pesach. Ratio, quare ante cibum rursus implerent poculum erat, ut filius rei novitate in admirationem adductus, sciscitaretur e Patre causam. Sin autem filius tener adhuc, nulla facultate dijudicandi illa polleret, conducebat ipsum pater: מה נשתנה הלילה רוח מכל הלילות: שבכל הלילות אנו אוכלים חמץ ומצה ולהילא רוח כלו מצה: שבכל הלילות אנו אוכלים שאר וركوت הלילה רוח מרו: שבכל הלילות אנו אוכלים בשר אליו שרוק וטבש. הלילה רוח בולו צלי: שבכל הלילות אנו מטבחין פעם אחת הלילה רוח: שתו עמייס: Quare hac nox differret ab aliis noctibus omnibus? nam in omnibus noctibus comedebant fermentum, § azymum, hac vero nocte totum azymum: in omnibus noctibus comedebant alia olera, sed hac nocte amaras herbas, omnibus noctibus comedebant carnem assatam, elixatam, aut coctam, hac nocte autem omnia assata. Omnibus noctibus intingebant semel, at hac nocte bis. Ex Mischna 4. Cap. X. Pesach. Hac instructione cum defunctus esset paterfamilias, pergebat in Hagada legere; de qua vide Mischnam citatam, Maimonidem in Hilchos Chamez U-mazza; & imprimis Doct. Buxtorfi dissertat. seu Vindic. Exercitat. de Coena Domini Thel. XXIV. §. 3. Et ne prolixus sim totam Hagadam heic describendo, tantum ea, quæ scopum nostrum tangunt, adducam. Inter alia quoque hac referebat, פסח זה, שנקומ על שם שפסח והקם על בית אבותינו במצרים: שנאמר אמרתם זבח פסח הו רוי Pascha hoc quod edimus, ideo est, quod transilierit Deus domos patrum nostrorum in Aegypto, sicut scriptum

ptum est. Et dicetis sacrificium Paschatis est Domino. Dein extollebat manu sua Herbas amaras, dicendo, שָׁנָה אַוְלֵין עַל שֵׁם שִׁמְרוּ הַמְצֻרָּם אֶת חַי אֲבוֹתֵינוּ בַּמְצֻרָּם שָׁנָה וּפְמָרוּם ; Amaris istis vestimur, propterea, quod amaritudine affecere Aegyptii vitam Patrum nostrorum in Aegypto, secundum illud; Et amaritudine affecerunt vitam ipsorum; Simul ac Paterfamilias, solverat amaris herbis debitum. Azyma illico in altum tollebat his verbis: פְּצָחָה זוּ שָׁנָה אַוְלֵין עַל שֵׁם שָׁלָא הַסְּפִיק בְּזַקְבָּם שֶׁל אֲבוֹתֵינוּ לְחַחְמָץ עַד שְׁנַגְּהָה עַל יְהָם הַקְּבָּה וּגְנָלָם כָּךְ שָׁנָה וְאַפְּוּ אֶת הַמְצֻרָּם Mazzani comedimus propterea, quod non satis fermentata fuisset massa Patrum nostrorum, ante quam Deus ipsis apparuerisset, eosque redemisset, sicut dictum est; Coxerunt massam, quam eduxerant ex Aegypto, de quibus vide Hagadam & Maimonidem in Hilchos Chamez Umazza.

§. 2. Hisce recitatis sumebat Paterfamilias poculum secundum, & altiori paululum voce sequentia ex Mischna 5. Cap. X. Pesachim perorabat; לפיכך אנחנו חייבים להודות לה' להלל לשבח לפאר לרום לה' ברך לעלה ולקלס למי שעשה לאבותינו ולנו את כל הנשים האלו והזיאנו מעברות להרות מוגן לשמהות ומ Abel ליום טוב ומAPELה לאור גדור ומשעבור לגנלה ונאמר Propterea confiteri tenemur laudare, glorificare, decorare, honorare, celebrare, benedicere, extollere & magnificare eum, qui fecit Patribus nostris & nobis omnia ista miracula, atque nos eduxit ex servitute in libertatem, ex moere in letitiam, ex tristitia in diem festivum, ex tenebris in magnum lucem, & ex subiectione in redemtionem; Dicamus coram eo HALLELUJA. In quibusdam exemplaribus Hagadæ tantum septem laudationes exstant, cum hic novem numerentur; habent enim לג' וּלְנֵנְצָה magnificare, & glorificare loco לה' ברך celebrare & benedicere, missis extollere & magnificare. Ita vidi eas adornatas, in RAMBAM. Chamaz Umazza. Hujus rationis ansas, quibus Maimonidis dissentientes sensus tenere possem, non equidem invenissem, nisi me illis Jom Tobb ad citatam Mischnam imbuisset. Tradit enim se legisse in Talmude Hierosolymitano, septem illas, ac Maimonidis sunt laudationes, mutatis mutandis; Quæris fortassis ex me, mi Lector, Quare stricte

strictè septies, aut novies Deum extollant? Afferam ingens illud mysterium, sed mea quidem ratione perinde habendum, ac si è penu Judæorum esset depromptum. Septies repetunt propter septem celos, ut est in Thosephot, & hi cœli denotant septem stellas errantes in suis vorticibus. Qui novies laudant, exhibent octavam venire circum **בְּכָחַ** ob stellas fixas, & nonam, ob illud, quod circumit & circumdatur robore Creatoris (Empyreum fortassis Ptolemaicum) vide Maimonidis tractatum de fundamentis legis cap. 3. Jom Tobh ad 5 Misch. Cap. X. Pesachim.

§. 3. Porro cantabant Hymnum, qui erat proprius primo paschati; nam in secundo non tenebantur inter esum canere. Quæritur in Gemara Babylonica fol. 96, pag. 2. in princip. Pesachim, Quænam ratio sit, quare **בְּאַכְלָתוֹ** primum Pascha desideret Hymnum, dum comedatur? Respondet ר' יוחנן משומם ב' חוץ אמר קרי' השיר והיה לכת כו' התקדש חג: לילה חמوروש חג פען הלל: לילה שאן מקורש: Rab. Iochanan nomine R. Simeonis filii Jhose-deck, inquit sacra scriptura, canticum vobis erit, sicuti in nocte cum sanctificatur festum (Esai. XXX. 29.) Nox qua sanctificatur in festum, requirit Hallel; Nox vero, qua non sanctificatur in festum, non tenetur ad Hallel. Rabbi Salomonis Glossa addit: כמו שאם נוהגים לשורר בלילה התקראש חג: ואין לך ליל חג להתען שרחרח בלילה התקראש חג: מכללו פסחים על ליל חג להתען שרחרח. Sicuti soletis cantare noctu cum celebratur festum; At nulla datur nox, quæ obligaris ad cantum inter cenam, nisi nox Paschatis, nempe PRIMI. Hic Hymnus desumebatur ex Psalmo 113. & 114. docente schola Hilleliana, veluti ex Mischna 6. Cap. X. Pesach. apparet, addebatur etiam præterea quædam enarrantia redemptionem ex Ægypto, juxta mentem Rabbi Akibæ, referente Maimonide in Hilchos Chamez Umasza & in notis ad citatam Mischnam.

§. 4. Hymno cantato, recitabat Paterfamilias Benedictio-nem Vini, יי אלרונו מלך העולם ברורא הנפנ Tum omnes & singuli accumbentium è poculo isto secundo haustum sumebant, posteaquam unusquisque se in latus sinistrum inclinasset; siquidem omnia quatuor pocula paschalia poscebant præser-tim

tim accubitum, in Piscce Harosch supra citatis docetur אמר
שנתן בלא הסבה צורך לשותה פעם אחרת בהסבה צורך לברך
ut, si bibisset absque accubita, deberet altera vice accumbendo bibe-
שחריו הסיכון דעתו בשערן, recitare benedictionem super illud.
; קראתו הנוראה sed cum fortassis animus cuiuslibet avocatus fuisset, interea
dum legeretur Hagadah, persuasum habebant, secundum invete-
ratam opinionem manus lavare, uti Rambam loquitur; In Ge-
mara Babyl, fol. 115. pag. 1. Pesachim, moralem proferunt causam
morum civilitatem respondentem אָרְאָוּשָׁה כִּל שְׂטוּבוֹלָו בְּמִשְׁקָה
R. Osje dixit, omnis intinatio, que fit in potum quen-
dam opus habet lotione manuum: manus scilicet, que antea erant im-
mundae, si rursus in fluidum embamma intingerentur facile eve-
nire potuisset, ut sordes manuum abluerentur in fluido isto &
secum ita raperent immundum quid, Thosephot ibidem &
RASCHBAM ulterius hæc declarant.

§. 5. Porro accipiebat Paterfamilias duas placenteras infermen-
tatas, unam illarum dividebat & collocabat divisam sub integra, ut
Raschi explicat fol. 39. p. 2. Gemaræ Berachot; panique prius in
ברוך אתה יי' אלהינו מלך העולם ברכך ברכך רחם מן הארץ
genere benedicebat, his verbis, Benedictus es ô Jebova, Deus noster, Rex mun-
di, qui educis panem è terra. Hic querunt Judæi מברךך כשרות כשרים טوبים: מות
על שתו בכורות כשאר ימים טובים: משה ש' רחם עוני: מות
דרכו של עני בפירושה אף כאן כפורה:
Quare non recitat, benedictionem super deobus tortis panis integris, sicut reliquis diebus festis? Re-
spondent propter id, quod dictum est לך עני panis paupertatis (Deut.
XVI. vi. 3.) Quenam est consuetudo pauperis? Frustis panis uti (non in-
tegris) ideo hic adhibetur panis divisus. In specie verò azymis bene-
dicebat hac formula: ברוך אתה יי' אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצוותו וצונו על יכולת מאן
Benedictus es ô Jebova, Deus noster, Rex mundi, qui sanctificasti nos preceptis tuis, Et præcepisti no-
bis eum azymorum. Hic rursus acriter inter se disputant Judæi
fol. 114. pag. 2. & fol. 115. p. 1. Gemar. Babyl. Pesachim, quomo-
do quoive ordine amara herba & azyma sint comedenda, ipsisque
benedicendum. Prætermisisse jejunis & superstitionis ipforum ra-
tiociniis, audiamus saltem conclusionem; cuius verba hæc sunt,
G fol.

הילכתא לא כהיללא: ולא כרבנן מבורך על אכילה. גז. מצה ואכילה: והור מבורך על אכילת מזור ואכילה: והור אכיל מצה ווסח בחריו הורו بلا ברכה וכר למקורת כהיללא:

Conclusio exposita est neque juxta Hillelis, neque juxta Rabbinorum sententiam. Sed hac serie; benedicat paterfamilias commestioni azymorum, ipsiusque vescatur; Dein benedicat cibationi amararum herbarum, eisque fruantur. Postremum comedat quoque azyma & amaras simul, absque benedictione, quod fit in memoriam Hillelis, qui stante adhuc sanctuario, eodem modo Pascha celebrabat; ut modò monuerat Gemara; & Raschbam ברוך אתה יי' אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על אכילה מזור Benedictus es, ô Jebova Rex mundi, qui sanctificasti nos preceptis tuis, & precepisti nobis esum amararum: vide Maimonidis Hilchos Chamez Umazza.

§. 6. Sanctificanda solummodo restant, sacrificium festi & Pascha ipsum: Sacrificio hac formula benedicebatur:
 ברוך אתה יי' אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על אכילה
 Benedic tus es, ô Jebova Domine noster Rex Mundi, qui sanctificasti nos legibus tuis, & precepisti nobis esum sacrificii festi. Quia absoluta gustabat quadam Paterfamilias de carne ipsius; Uberiorem si cupis enarrationem hujus ritus, consule Thosephot ad Mischnam 9. cap. X. Pesachim. Maimonidis expositionem & Bartenorę notas ad eandem Mischnam. Tandem quoque recitabat benedictionem Agni Paschalis:
 ברוך אתה יי' אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על אכילה פסח Benedic tus es, ô Jebova Domine noster, Rex mundi, qui sanctificasti nos legibus tuis, & precepisti nobis edere Pascha. ואוכל מגופו של פסח Dein frustulum de corpore agni edebat. De qua re vide quoque citatos auctores, & insuper Maimonidis Chamez Umazza in fine.

§. 7. Nunc mihi Pater familias, pervenisse videtur, quod progreedi potuerit hominis patientia; quapropter simul ac hisce ceremoniis defunctus fuerat, totum illicè producebatur opipare paratum convivium. Ubi quilibet molliter curabat, illisque escis & potionibus vescebatur, quas in deliciis habebat, quarumque delectatione, ducebatur. Veruntamen ea conditione,
 ut

ut primum sese saturaret carne sacrificii festi, tum agno paschali, satietatis gratia: Hoc enim volunt Thosephot ad Pesachim fol. 70. pag. 1. אַינְחָ בָּאַה אֶלְאָ כָּרִי שִׁיאָכָל הַפֵּסֶח עַל חַשְׁבָּע Ideo oblatum est sacrificium festi, ut accederent ad Pascha comedendum jam saturi. Propius absunt verba Gemarae ibidem in principio, הַגִּזְגִּזָּה, הַכָּאָרָה עַם הַפֵּסֶח נַאֲכָל עַל Chagigah si conjugatur cum agno Paschali, tum illud prius comeditur, ut Paschate vescantur post satietatem. Ut & minus late vager, Maimonidem brevi & perite veterum Judaeorum statuta delineantem, introducam; In Ritibus sacrificii Paschatis Cap. VIII. §. 3. מצוה מן המובהר לאוכל בשך הפסח אכילה שוכע: haec ait: לפיכך אם הקוריב שלמי חנינה ביר אוכל מזמן תחלתו ואחר Preceptum est, longe prestantissimum esse, si caro Agni paschalis comedatur stomacho jam saturo. Idcirco, si quis sacrificia Chagiga obtulerit die 14. prius de illis comedet, postea denum vescetur carne Agni Paschalis, ut ex ea plene exsaturetur.

§. 8. Cum itaque unusquisque hilari animo, desideria naturae satiasset, reliquum erat, ut tandem sese expleret sancto Agni Paschalis cibo, וְאַיְנוּ טעם אחריו כל- Postremò edit quilibet conviva, ut Maimon inquit, de carne agni paschalis saltem quantum est oliva mole, nec postea quicquam aliud gustat. Ratio est: כָּרִי שִׁיחָה הַפֵּסֶח סְעוֹרוֹן, כָּרִי לְשֻׁבוֹן מִמְּנָה Quoniam hic sit finis convivii ipsorum, ut sapor carnis agni paschalis, sit in ore illorum, quia commestio eorum est de precepto. Mischna 8. idcirco Cap. ultimi אין מפטוריין אחר Pesachim meminit hujus antiquissimi moris Ad haec annotat Bartenora, הפסח אין מפטוריין מן הסעודה באכילה מני מותיקת ופרורת שנילין לאוכלukanoh סעודה ואפילו במקומן שלא יאכבר טעם Posteaquam comederint Pascha non discedunt à prandio cum ejus tragedatum, aut fructuum, quos solebant edere pro bellariis, vel etiam quopiam alio loco ipsorum, ne sapor agni periret ex ore ipsorum.

§. 9. Ex quibus satis superque patet Bartenora esse Bellaria: ab ipsius parte quoque stant Gemaristæ Pesachim fol. 119. ubi querunt: מאן אפיקומן אמר שמואל לנו א/orויליא לו וגוזלייא לאבאת ורב חיננא בר שלא ור' יוחנן אמר G 2

אמר כונן תמרם קלות ואנאות. Quid est Aphicom? Respondebat Samuel, congruit cum Fungis, quibus ego vescor post Cenam, & cum pullis Patris mei; Rab. Chima filius Sila & R. Jochanan dixerunt convenire cum dactylis, frugibus tostis, (aut secundum Cel. Majum Kave-Bonnen) & nucibus. De pullis pro bellariis in cibum sumptis quoque alias extat locus, Gemara Sanhedr, fol. 94. pag. 2. ראל חרבה נולות בקנוח סעורה Comedebat multos pullos columbinos loco confectorum prandii.) Dactylis etiam valde delectabantur Judæi, post prandium; adeo ut in proverbii quoque consuetudinem venerit. Hinc מקט נחמא נהגנא לדרלא בתר נחמא כערא רוטש: Dactyli ante cibum (stomacho adhuc vacuo) sunt sicut securis ad arborem (frangunt corpus,) post cibum, ut vectis ad januam, (corroborant corpus ut vectis januam.) Kethub fol. 10. pag. 2. vide & Buxtorfi Lexicon Talmudicum in voce. Quod Bartenora & Gemaristæ profitentur, id ipsum quoque suo calculo probavit Maimonides, in notis ad supra citatam Mischnam: אפיקומן חותי אכילת הפרפראות שאוד אוכל אחר שעורה כתן מני קטנית והורעות ותקלויות וגרגרות והצטוקם והקשרים וכו': Ephicom denotat Bellaria, que homo edit post cibos, ut sunt legumina & similia semina tosta, ut fucus, uva passæ & amygdala &c. Conjugenda sunt haec, majoris dilucidationis gratia cum illis, quæ Stuckius Cap. II. Lib. III. p. 448. ed. Luggd. Bat. de bellariis retulit: Tametsi verò Judei in re ipsa consentiant, tamen explicando derivationem verbi hujus Aphicom, non una loquuntur voce; Docet enim Bartenora ad citatam Mischnam, אפיקומן esse vocem compositam, ex מני & אפיקון educate vestra hinc; nonnulli Gemaristæ exponunt per מני מתייח אפיקומן educate species dulces; nam post commensionem paschatis, non edunt dulces tragematum species, & hanc esse præcipuum expositionem. Tantum abesse judico, ut id consentaneum sit, ut maxime repugnem. Et quanquam omnibus vestigiis indagaverint verbum illud in Iudea, incassum tamen laborabunt, in Græcia quærendum est. Quod, non vano augurio monitus, indicavit, Elias, in suo Thisbi: חמי אחיך לא ידע שחווא לשון זו ממש אפיקומן נקרא שעורה גROLAH ומה שאוכליין אחר השעורה נקרא אפיקומן

Miroz

Miror ego, inquit, quomodo non sacerdentes (Rabbi nostri) plane Græcam esse dictionem, qui magnum convivium θητικόν, & quod post convivium edunt, θητικον appellant. Quod ego quidem sciām, non memini me unquam legisse apud Græcum quendam scriptorem, θητικον sumi pro magno convivio. Sed κέμη. Suidæ est commissatio & impeditum convivium lascivie & intemperantie plenum: attamen Græco idiomatici non contrariatatur κέμη & θητικον vocare, nam θητικον sepiissime redundat in compositione, ut in θητικον, & multis aliis. Commissatores autem, qui commissationes frequentant, sunt θητικοι; Suidas enim alia synonyma affert, & θητικον vertit σθετικον συγχρόνων: Hinc dici potest, (quod tamen Lexica non ponunt) η θητικον esse, quod ad commissationes pertinet, ut sunt Bellaria & delicia mensarum, vide Buxtorfi quoque Lexicon. Verum cum tota dissertatio esset scribenda de verbi hujus significacione & origine, quippe venerandam redolet antiquitatem, pendum hic figo; & in aliud tempus, reservabo.

§. 10. Sed mittamus bellaria, tempus enim est, ut revertemus, ad saturos nostros convivas, siquidem, ut videtur, ultimam agni paschalis ossulam, saporis voluptate incitati, iterato morsu conglobatam jamjam deprimunt. Nil præterea erat reliquum, nisi lavatis manibus, Deo pro benigna cibatione meritas agere gratias. Et quo solenniori hoc fieret ritu, infundebatur poculum tertium, super quo Pater familias ברכת המזון seu benedictionem cibi recitabat; quam heic ob nimiam prolixitatem exscribere supersedeo: Cæteros observatos ritus brevissime enarrat Maimonides hoc modo: ואחר כמוה סוס רביי וומר עליו: את החלל: ואומר עליו ברכת השור והזיה ולהלוך יי כל משך וכו': וmbdr בפה ואינו טעם אחר קד כלום כל הלילה חזן חיים ווש לו למווג סוס חמישיו ולומר עלי הילל וגדרות מהרו לוי כי טוב ער על מהרות בכל: וכוס זה אינו חובה כמו ארבעה כוסות: Exinde infunditur poculum quartum, & absolvit super eo Hymnum, recitat etiam super eo benedictionem cantici, que est: Laudate te, Domine, omnia opera tua &c. Item: Benedictus, qui creas frumenta vitis; & tota nocte nihil amplius gustare licet, excepta aqua: Potest tamen infundi adhuc poculum quintum, eique adiungi recitatio Hymni magni,

gni, à Confitemini Domino, quia bonus est, usque Ad flumina
Babelis. Hoc vero poculum non est ex debito, sicut quatuor precedentia.

¶. 10. En! mi Lector, hæc sunt, quæ hac vice, benevolo
tuo judicio subjicere decreveram; an autem mihi modestè spe-
rare liceat me tibi satisfecisse, nescio; nec quoque curiosa
ipsius admodum frangor cura: Attamen id facile divinare au-
deo, fore quosdam futuros, qui putabunt, non tanti esse hoc
scribendi genus, ut lectio id saltem dignentur; siquidem me
cum inani umbra dimicasse, meque vana Rabbinorum docu-
menta deduxisse à recto & consueto tramite perhibebunt, ut
non lectorem meum, adorandi hujus MYSTERII, inexhausta
salute scatentis, cœlesti rore, rigaverim: Et quād maxime do-
lendum esse judicabunt, me tam molestam tamque tristem cal-
casce viam, tot spinis & carduis obsitam, nec tamen unius flo-
sculi aut observatiunculae quæstum jactare posse, ea felicitate pol-
lentem, ut aliquo modo lucem sacræ scripturæ accenderet: Fa-
teor, mi Lector, aperta fronte, me & sobrio quidem animo eò
inclinasse. Quippe hoc firmissime assevero, qui Mysticæ Theo-
logiæ, Euripi hujus reconditas vias, scrutari cupit, illum, non
solum acri judicio, insigni ingenio conspicuum, sanctæ linguae ac-
curata *yūs* præditum, simul Vet. ac N. Testamenti miræ har-
moniæ gnarum, doctrina œconomica sanctissimè imbutum esse,
sed & pietatis minimè infucata ardore inflammatum summope-
re esse debere; His omnibus rite pensatis, quo minus opinione sto-
lidæ laborarem arrogantiæ, subeundo tam arduum onus, & ipsis
meis volaticis humeris recusantibus, judicavi esse satius enodatio-
nem Mysterii silentio præterire: & hoc quidem eò libentius, cùm
videam Duumviros è nostratis, de quorum laudibus nil præstat
quam pauca, proferre, in id pio animo incubuisse, ut solidiori &
sanctiori lege polita sua scripta in explicationem hujus Mysterii
conferrent; quorum alter est Vir Summus D. HIERONY-
MUS SNABELIUS, in Exercitat. de Agno Paschali Typo Chriſti.
Alter est Reverendus admodum ac Celeberrimus Vir, D. ALBER-
TUS SCHUMACHER, de Ecclesia Dei præclare meritus, in Exer-
citat. præsertim tertia de Conviviis Hebreorum eucharisticis; qui ut ma-
gnus Gamaliel (Deo sint grates,) sancta & meas implet aures
fruge

fruge Cleanthea. Præterea nec etiam meis animadversionibus, inter lucubrationem subnatis locum quendam Sacrae Scripturæ in clariore luce collocare magnopere laboravi. Etenim infelicissima eorum hominum fors me deterruit, qui suæ, non Dei gloriae consumentes, in id præcoci animo conspirarunt, ut singulis observatiunculis levissimumque conjecturis, vel somniando conceperit, Sacrum Codicem onerent; in eumque tam impudenti ambitione grassantur, ut simplicissimum textum misera sua reiœ aut planè dilacerent aut in ænigma Ægyptiacum mutent. Quid loquar? Eos video nimis superbire, qui leviter saltem pectus suum doctrina fandæ linguae imbuere, & in lectio[n]e divinorum vaticiniorum, planè hospites sunt, qui que nil minus in deliciis habent, quam vel rationibus Spiritus Sancti, vel scopo, vel nexui demum consulere; Sed simul ac præstò ipsis est Chimæra, hac illicò per speciem afferendæ alicujus S. Script., perspicuitatis, seculum onerant, cum stomachosum, ac frigidum sæpe redoleat acumen. Hæccine sunt sana remedia labantis & ægrotæ Ecclesiæ? scilicet, id agitur ut salus hominum, summum in periculum ac disserimen ducatur. Ne vero & ego heic peccarem, in ipsorum sententiam non descendì, sed ea, quæ facultatem sapiebant, in sacris literis obscuriora dilucidius exponendi, lectoris æquo reliqui iudicio. Judæorum vero consortiis cum pedes meos intulisse[m], non mihi religioni duxi, liberiores adhibere censuras: quod congruebat cum ratione mea, amplexus sum, quod non, refutavi, rejeeci. Nam cum ex Viris Doctissimis cognoverim, arduam & difficilem esse ad Theologiam viam, ad quam suscipiendam non solum multa lectio[n]e summoque labore, sed & linguae Hebraicæ cognitione opus esset, hac igitur tutissima via, per vestigia magnum virorum, incedendum esse judicavi. Attamen è contrariò, ne credas, mi Lector, mihi Judæorum scripta tam impensè placere, ut à sanctiori studio per Judæorum nugas me sim passurus avelli: Absit hoc! Non spero, me tam crassi esse palati, ut pro delicis glandes eligere velim. Nec spero me meas aures, rudi Rabbinorum stridori, ipsorumque inconditis scriptis per totum vitæ meæ spatium esse accommodaturum; Sacrofanta Theologiæ, quæ splendore divinæ sapientiae fulget, me totum

con-

(56)

consecravi; In hujus Reginæ sanctas iuravi leges. Cū enim certissimè credam, cum Literarum Principe SCALIGERO, in hac humana caligine rerum omnium penè nos esse ignaros; Huic autem soli de se prædicare liceat, in se esse τὸν πνεῦμαν Ἰησοῦν τὸν θεόν τὸν γνῶσταν, fidissimum me ipsi semper præstabo asseclam, quo tranquillam conscientiæ meæ inducere possim serenitatem.

F I N I S.

COROLLARIA

E Theologia Muhammedana desumpta.

1. Optime ex lumine Naturæ, Muhammedani statuunt, unum Deum: Surata 18. & 5.
2. Agnoscunt iidem, & quæ ac nos, Deum essentiâ suâ infinitum, omniscium, invisibilem, incomprehensibilem, justissimum ac liberum, Surata 2. 6. 38 & 40.
3. Unitatem personæ in Deitate quoniam falsissimè affirmant, æternæ salutis viam sibi præcludunt. Surata 18.
4. Tametsi multi negent Muhammedem, Christum crucifixum credisse, nos cum clariss. Henr. Sikio, affirmamus.
5. Jesum unigenitum, & æternum esse Dei filium Muhammedani perversè negant. Surata 5 & 72.
6. Deum filio non opus habere, sed solo mandato effectum reddere, quicquid vult, falsè docetur in Surata 5 & 19.
7. Prædestinatio est iisdem, arcanum, liberum, æternum, & immutabile Dei decretum, quo & infallibiliter omnia præviderit, & immutabiliter decreverit, cui & nostrum addimus calculum. Surata 24, 28 & 35.

8. Crea-

8. Creationis Mundi finem, Dei gloriam esse nobis prædicant, Surata 2 & 10.
9. Resurrectionem mortuorum, ut rem cunctis sapientibus gentibus notissimam asserunt. Surata 17.
10. Concessam in Surata 4. Cuivis Polygamiam funditus evertimus.

PA schatis antiqui nobis solennia, SMITI,

Dum docta solers dexteritate refers.

Quis non ingenii felices suspicit ausus,

Et quas è vasto pectore promis opes?

Namque Magistrorum, multis quæ barbara, notos

Gens facunda Tibi fundit ab ore sonos.

Quæque vel obscuro contexta volumine Talmud

Continet, hæc subito, Te reserante, patent.

Felix, cui tantos licuit penetrare recessus,

Quæque latent alios, interiora sequi!

Abdita sed tenebris, quæ nunc in luce reponis,

Ista Tibi quondam nomina clara dabunt.

Præstantiss. Doctissimoq; Dissertationis bujus Authori,

Auditori suo, tam in Theologicis, quam Philolo-

gicis assiduo & eruditio

L. M. P.

J. Havighorst.

Agne Dei cœlum, ac terras qui Numine compleo,

Quem pater insignem rutilo diadema fecit,

Impositique gregi mansuetum pectore regem,

Quam volucris latè toti fama intulit orbi,

Quem chorus angelicus reverendum pronus adorat

Atque cohors inimica timet, quum fulmina fibras,

Tartarei domitor claustris, insuperabilis heros,

Parcere subjectis, & debellare superbos,

H.

Sue.

Suetus, & æternus, cornu septemplice victor,
Sanguine qui cœlos ingressus jura dedit.
Ætherei patris constante favore fruendi
Expunctis penitus tabulis culpisque remissis;
Esto favens, celsaque tuo de sede ministro.
Candidus imperti cœlestia munera dives.
Sic agni causam calidè tueare Sacrique
Paschatis existas epulo, & satiare repletus
Festivis Christi dapibus, super æthera vescus,
Cognate, eximiis agnus quem dotibus auxit
Cui summo terris Domino tua dona dicasti.

Sic ex animo vovet

H. Curtius, S. Theol. Stud.

FLOS JUVENUM SMITI! Cui virtus ignea fibras

Vellicat & rigidam monstrat ad astra viam;

Haetenus Æmonia fidissimus assecla turbæ,

Bellerophonthæ prolius ora vadø:

Doctaque magnorum volvis monumenta virorum,

Itala quos tellus, Græcia lice tulit.

Jam tibi Nectareo manans è fonte Sionis

Restinguit calidam, purior unda fitim;

Et gremio quiequid Solymorum Mcenia fervant,

Ingenio præbet pabula digna tuo.

Nec didicisse juvat, pateant nisi pectoris artes,

(Quæ latuit virtus profuit illa minus).

Hinc tibi victricis polf munera bina coronæ,

Tertia Phœbæ laurea fronte niter.

Aurea Iux abiit, toti venerabilis orbi,

Festa dies lœtis concelebranda modis;

Qua fidei quoctunque vigent salvantis alumni,

Tartarei gaudent robora fraða ducis.

Degener at prisco sôboles de Sanguine Judæ

Agnorum vanâ cæde cruentat humum.

Despiciens agnum, qui crimine liber ab omni,

Leniuit iratum, victimæ grata Patrem.

Hæc

Hæc miseræ gentis dum publica gaudia nobis
Sistis inexhaustæ nobile mentis opus.
Gratulor eximiis, *Smit doctissime cœptis,*
Et voveo studiis prospéra quæque tuis.
Perge per Hebræa penetralia rumpere lingua,
Jussaque scrutari religiosa Dei.
Tinctus ut Æthereis quondam præcordia Lymphis
Emineas Sancti gloria magna Chori.

In amicitia minime fucata tessera
scribebat

Daniel Gondela, Brem. S.S. Th. & Phil. Stud.

SMITI Phœbaxos, ad celsa cacumina, montes
Quem rapuit rarae cognitionis amor:
Pestore quique tenes magnum & memorabile, Laudis
Quicquid Roma vetus, Græcia quicquid habet
Judaicæ gentis Te nunc juvat acta referre,
Paschatis & ritus pagina docta docet,
Quam quicunque leget, Te conjunxit profanis
Sacra sciet, quæ laus non solet esse levis.
Imo quisque dabit meritos tibi latus honores,
Quos inter tenui, me juvat esse sono:
Auguror optatos maturo ex semine fructus
Magnaque Bremanæ Gloria gentis eris.

*Cum sineo omnigenæ prosperitatis voto
amicitia ergo hec adposuit*

G. C. Sagittarius, S.S. Th. Stud.

SMITI, dilectos inter fors magna sodales,
SMITI Thespiaenum lausve decusve chori.
Haud Chelys ulla tuas digne doctissime lau-
des,
Explicat, haud Phrygio tibia curva sono
Haud cytharæ tenues, haud pulsæ pollice
chordæ,
Haud facit ad nomen basbitos ulla tuum.
Egregio pandis dum' paschata percitus cestro
Depingis calamo dum pia festa pio.
Dum profers multis quod inextricabile vi-
sum

Quis neget obductam fronde virente co-
mam?
Quin & erit nomen tibi, quâ se condit in
undas,
Vel qua Sol versis manè recurrit equis:
Namque epulas, fateor, nobis apponis op-
mas,
Et sapiunt valde quas struis ipse dapes!
Det Phœbus, det celsa cohors Heliconiæ
Phœbi,
Det quivis fausto murmure vota tibi;
Ipse

Ipsa quoque, invito tentem licet omnia

Phœbo

Non infucato pectore vota fero,

Et precor, ut vigeat, creakatque serena per-

enni

Gloria successu nominis usque tui.

SMITI, dilectos inter sors magna sodates,

SMITI Thespiaenum lausive decusve cho-

ri.

Philicus Urnac

Daniel Gerdes, S.S. Th. & Ph. Stud.

I Sacida gentis SMITI, solemnia Pasche

Dum scribis, nitida & dexteritate probas;

Apprecor ex animo; Celsi Moderator Olympi

Aspiret cœptis, auxilioque juvet,

Et sicut festum hoc cunctis memoratur in oris:

Sic duret nomen semper honosque tuus.

Hec pauca in sincera amicitie

Dottissimo Dno. Authori apposuit

J. H. à Bentheimb, Hass. S.S. Th. St.

NON te poeniteat, SMITI, tolerare labores

Nam prodest, studiis invigilare bonis,

Dum veterum ritus nobis de Paschate tradis

Ingenio nunquam gloria parta perit.

En! tibi mox viridem Pindi de vertice laurum

Sertaque Musarum Numen Apollo dabit,

Prospéra cuncta tibi cedant avibusque secundis

Curras, sic mea mens succinet euge! bene!

*Hijce Eruditissimo Dno. Disputatori, amico suo
non uno nomine noto, applaudere voluit*

J. P. Schellenberg, Th. Stud.

Pleriae, SMITI! decus inviolabile Muse,

Quemque sibi à teneris, turba nove-
na, dicat.

Ora sacræ tibi tinxit aquis, tibi divus A-

pollo

Effinxit pectus, de meliore luto.

Ingenii doctos ausus dum fertilis edis.

Dum monstras studium, dulcis amice,

tuaum.

De veteris quondam dum dicas paschate
signo

Fœderis, hæc nobis dum pia festa refers

Me tener urget amor, qui carmina scribe-
re mandat.

Quæs tibi sincero pectore fausta feram.

Exacto tandem i voce certamine, viator
Sis, capitiq[ue] detul parta corona tuo.

Perge bonis avibus, pulchris virtutibus
auge

Faborumque decus, Schmidiadumque
chorum.

Aspiret cœptis summus moderator Olympi.

Ille velt studiis semper adesse tuis.

Plura darem, meliora tibi potioraque fer-
rem,

Ast hæc sufficient, suavis amice, peto.

*Sic in amicitia tesseram apposuit
cognato suo dilectissimo*

Nic. Nonnen, Phil. Stud.



99 A 6910



sb.

VD 77

Petra

Mc. 68.



22

בשׁם הַקָּבָה
Exercitatio
TALMUDICO-THEOLOGICA,
DE
PASCHATE
ipsiusque præcipuis ritibus
à Judæis observatis,
Quam
PRÆSIDE
VIRO
Plurimum Reverendo, Doctissimo ac Celeberrimo
DOMINO
JOHANNE HAVIGHORSTIO,
S.S. Theologiæ Professore Extraordinario,
Eloquentiæ verò ordinario,
Bibliothecario & Pædagogearcha,
Publice ventilandam exhibet
Responsurus Auctor
FRANCISCUS SMIT,
Bremensis.
Ad diem Mercurii, XII. Maii M DCC XVII.
H. L. Q. S.

B R E M Æ,
Typis HERMANNI BRAUERI, Illustris Gymnasii Typogr.